mores,in diſcurſu.Sed aduerte,quia fortè hoc non eſt verū: &
moueor quia partes poſſunt in totū remittere iuramentum te-
ſtis.c.nunc de teſtibus.extra de teſti.& no.gloſ.ſententia vale-
bit in.l.j.de ferijs.ergo ſi hoc facere poſſunt,quāto magis poſ-
ſunt facere: ꝙ teſtis minus ſolenniter iuret?arg.l.j.circa princi.
17 C.de rei vxo.act.cogita. Alexand.¶†Item facit glo. ſecundū
Cy.in arg.contra notarios,q̄ dant dilationem partibus: vel re
cipiunt teſtium examinationem iudice delegante.ꝙ non valeāt
quia illa dicta debent recipi ab habēte iuriſdictionem:vt.C. de
fide inſtrumen.authen.apud eloquentiſsimum.ꝙ vltimum eſt
verum:vt in auth.de trien.& ſemiſ.§.& quod ſæpe.colla.iij.ꝙ
18 tamen dic,vt ibi dixi.¶†Item no. ex hac glo.ꝙ ratihabitio nō
a trahitur retro in alterius præiudicium.[a] In contrarium facit ꝙ
not.in leg.ſi indebitū.§.fi.in gl.pe.ff.rem ratam hab.Illa eſt fal-
ſa ſecundum Ray.licet illam teneat Iac.de Aret.in.l.cū decem
mihi.§.j.ff.de ſolu.Ange.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Cæſaris eſt iudex inter priuatum:& fiſcum.*
2 *Adminiſtrator eccleſiæ,q̄ posſit uendicare rem,quā alienauit:idem fiſcus.Idē in adminiſtratore aliarum ciuitatum .Idem in tutore.*
3 *Posſidere qui deſijt,quando posſit conueniri,ut poſſeſſor?*
4 *Actio pignoratitia,quòd ſit perſonalis.*
5 *Venditor conſanguineus ueniens ad defenſionem emptoris extranei, àn petat ex ſua perſona cauſam compromitti,uigore ſtatuti mandantis cauſam inter conſanguineos compromitti?*
6 *Interdictum fraudatorium, quòd competat,quando res aliena fuit uendita.*
7 *Edictum de his,quæ in fraudem creditorum,q̄ competat quando quis alienat bona ſua in fraudem.*
8 *Agi quando posſit contra emptorē,uel contra primo uendentem rē alienā.*
9 *Pretium cui reſtituatur,quando agitur contra emptorem ad rem per fiſcū indebitè alienatam.*
10 *Requiſita,quando fiſcus uendit rem debitoris.remiſsiuè ad glo.*
11 *Deceptio ultra dimidiam iuſti pretij,non requiritur in terminis huius.l.*

¶*LEX.* *III.*

SIminori.¶Debitori fiſci ſoluenti reſtituitur
res eius ī debitè alienata.h.d.Caſum
in terminis pone in nube,vt litera iacet.& declarabit.
j.Et aduerte:quia hæc lex eſt difficilis.Dictum eſt.s.l.j.ꝙ fiſcus
habet obligata bona debitoris ſui:modo fiſcus cuius ſum debi
tor,vendidit rem meam minori pretio,q̄ valebat,vel gratia,vel
fraude: certè potero petere corā procuratore Cæſaris : vt eam
mihi reſtituat.& habeo probare ꝙ dolo,vel fraude ſiue gratia
emptori fuit vendita:tamen debeo pretiū id pro quo erat ob-
ligata reſtituere fiſco.In hac leg.habes q̄s eſt actor:qa ille cuius
bona alienata ſunt,habes quis iudex:quia procurator Cæſaris
habes quid debet peti: quia reſtitutio rei venditæ.Lex enim di
ci reſtitui iubebit.habes quid debet probare actor:quia rem vē
ditā minori pretio interueniente fraude,vel gratia:vt in prin.
l.habes,quid debet facere actor:quia debet ſoluere debitū : vt
ibi, debitam quantitatem inferenti.Quis autem ſit reus, à quo
petatur,hic non exprimitur.Item quia actione agitur,hic non
dicitur.Item non declaratur hic,cui debitum ſoluatur.& ideo
ſupplenda eſt hæc lex in eo,quòd deficit: ꝓpter quæ ſunt hic a
1 varietates lecturarum.¶†Quero primò contra quē agatur hic,
& qua actione? huius gratia ſunt hic duæ lect.principales:vna
ꝙ agatur contra fiſcum:alia,ꝙ agatur contra emptorem. quæ
expediuntur in glo.mag.verſi.item ſi traditus erat fundus. &
quaſi vſque ad finem.Dicunt quidam, ꝙ agitur contra fiſcum
& probatur per tex.cum dicit,aditus procurator meus,qui eſt
iudex inter fiſcum & priuatum.Nam ſi ageretur contra empto
rem,eſſet iudex præſes prouinciæ:cum lis verſetur inter priua
tum & fiſcum.C.ſi aduer.fiſc.l.ij.¶ Sed contra iſtud opp.quia
qui non posſidet,non poteſt conueniri ad rei reſtitutionē:vt
l.fi.C.de rei vendi.ſed fiſcus non posſidet:quia vendidit:ergo
&c.Sol. gloſ.fiſcus vendidit,ſed non tradidit.Vel dic tradidit
tamen habet poteſtatem auferendi ab eo, cuit vendidit, ſicut
œconomus,qui vendidit rem eccleſiæ:vt.l.iubemus.la.ij.§. ſa-
nè.s.de ſacroſan.eccle.ergo rem habere videtur:vt.l.qui actio-
nem.&.l.qui poteſt.ff.de reg.iur.vide gloſ. mag.ibi, ſi traditus
2 erat.¶†Not.ex hac glo.duo.Primò, ꝙ ſicut adminiſtrator ec-
cleſiæ poteſt vendicare rem ecleſiæ, quam vendidit : ita fiſcus,
ſi vendidit rem alienam,etiam vt alienam ex iure pignoris for
3 tè,vel alio modo.¶†Secundò not.ꝙ idem in adminiſtratorib⁹
aliarum vniuerſitatum,quod in adminiſtratore eccleſię: vt hic
in glo.¶ Idem videtur in tutore.arg.l.magis puto.§.j.ff. de re-
bus eorum.ſed iſta ſol.non videtur vera. Nam licet quis posſit
facere,vt posſideat,non tamen poteſt conueniri , vt poſſeſſor:
vt.l.pomponius.§.ſi is qui precario.ff.de acquiren. poſſeſsio.
4 †Sol.non poteſt conueniri rei vendi.vt in contrario, ſed actio-
ne perſonali,qua quis tenetur ad reſtitutionem ſic : vt hic age-
batur.ergo hic contra fiſcum pignoratitia actione, quę eſt per-
ſonalis.argu.l.j.s.ſi vend.pig.aga.& tenet iſtud glo.hic.ex qua
apparet,ꝙ nō eſt neceſſe,ꝙ dicamus fiſcum posſidere, vel poſ
ſe facere:vt posſideat.Non enim cōuenitur,vt poſſeſſor rei vē
dicatione,ſed perſonali actione:vt dictū eſt.¶ Sed contra hoc
inſto:quia pignoratitia requirit rei interuentum:vt inſtit. qui.
mo.re contra.oblig.in fi.ſi ergo ad fiſcum nullo tpe res perue-
nit,non poteſt re contrahi pignoratitia illa obligatio. So.intel-
lige ꝙ fiſcus occupauit res : & ſic incœpit posſidere. vel etiam
ſi nunquam poſſedit,ſi emptorem ſuum miſit in poſ. illa poſ-
ſeſsio emptoris ſufficit ad pariendum obligationem pignorati-
tiam:vt.l.ſi creditor pignus.in primo.ff.de diſtra.pig.licet Pet.
aliter ſentiat in.l.j.s.ſi ven.pig.ag. ¶ Venio ad ſecundam lect.
dicunt aliqui,ꝙ hic agebatur contra emptorē.Sed contra iſtud

a ¶Præiudiciū.Adde Bar.ī.l.bonorū ff.rē ra.ha.& Bal. ī l.ordo.ī fi.ꝑ illum tex.C.de exec.rei iu.& in aut.ei q.C. de tē.appel.&.d. Ale.ī.d.l.bonorū. Adde oīno ad hāc materiā ratihabitionis, an & qn̄ retro trahat,& qn̄ mādato æquiparet.Dy. plenè ī reg.ratihabitionē. & ibi poſui ī apoſt. ad ipſū in apoſt.j.& ī reg. ratum.

oppo.ergo non erit iudex procurator Cæsaris : cũ sit quæstio
inter priuatũ & fiscum:vt.l.ij.§.si aduer.fis.Sol.dicas : hic pro-
curator meus.i.preses prouinciæ secundũ gl.vel dic,ꝙ etiã hoc
casu procurator Cæsaris erit iudex,vt sic inspiciat forũ actoris
hoc est fisci vẽdentis magis,ꝙ̃ forũ emptoris. ¶ Et secundum
hoc lex ista continet casum specialem,& singularem:cũ alio vẽ
dente,nunquã forum actoris inspiciatur, sed forum emptoris:
5 vt.l.venditor.ff.de iud.&.l.j.§.vbi in rem act.† Et secundũ istã
lectu.facit ad quæstionem,quam disputaui vtrũ venditor con-
sanguineus veniens ad defensionem emptoris extranei, possit
ex sua persona petere causam cõpromitti vigore statuti dispo-
nentis , ꝙ causa inter consanguineos compromittatur . de qua
dic,vt in disputatione illa,& quę in ea dixi,& in.l.procurator
6 ad exhi.§.j.ff.rem ra.habe.¶ † Tenendo istam lect.quæro qua
actione agatur contra istum emptorem.Respondit gl.rei ven.
a & hoc est clarum,vel interdicto fraudatorio [a].ff.de so.l.si pupil
li.in princ.istud de hoc interdicto est singulare ibi: ꝙ satis con
gruit hic.Nam hic vendita est res aliena in fraudem:ideo com-
petit istud interdictum fraudatorium : vt dicta.leg . si pupilli.
7 & not.in leg.prim.§.si vend.pigno.ag. † Edictum verò de his,
quæ in fraudem cred.loquitur quando quis alienat bona sua
in fraudem creditorum:ideo istud est separatum ab interdicto
faudatorio.propter quod Ioã . in arbore actionum posuit sub
diuersis titulis interdictum fraudatorium ab illo , quæ in frau-
8 dem creditorum.declaraui plenius in.d.l.si pupilli de so . † Et
sic secundum hanc lect.agitur contra istum emptorem rei ven.
vel interdicto fraudatorio.Contrà : imò debet agi contra fiscũ
vendentem primò,& in subsidium deueniri debet ad emptorẽ
arg.l.j.§.si ven.pig.aga.Sed illud verum est,qñ venditio tenuit
sed quãdo est ipso iure nulla,vt ĩ casu.l.nostrę,secus est:potest
tamen tunc recta via ad ẽptorem venire:vt hic not.&.l.j.§.si vẽ.
9 pig. aga.ideò gl.hic distinguit.vide eam & not. ¶ †Item pro-
pter perfectionem legis,quæro cui debitũ solui debeat ? gl.de
clarat hoc in prin.glo.magnę.Et istam quæstionem intelligo
quando agitur contra emptorem.Si enim ageretur contra fiscũ
non est dubium , ꝙ ipsi fisco solui debeat. Emptor enim non
potest aliquid dicere domino,nec per modũ actionis, nec per
modum exceptionis:quia ipse nõ conuenitur . Intellige ergo
hanc qustionem qñ conuenitur emptor.Et in hoc casu,cui de-
beat solui,glos.ponit duas opi.quas breuiter iunge simul. Aut
eñ cõtractus non tenuit,taliter ꝙ ẽptor mereatur perdere pre-
tiũ:& tunc soluetur fisco, non emptori.ita intelligi potest hic.
arg.l.qui in contractibus.j.eod.tit.&.C.de litigi.l.fi. Aut ẽptor
non meretur perdere pretium:& tũc aut solutio facta per em-
ptorem,non est conuersa in vtilitatem creditoris: & debet sibi
solui:aliàs non:vt in gl.Facit quod no.C.de præscrip. xxx.an
no.l.j.& ibi per doc.Illud autem membrum.qñ.s.contract⁹ te-
nuit:non congruit huic legi.quia vt.§.proximè dictũ est,tenuit
10 hic contractus. ¶ †Venio ad quæstionem , & quæro, quando
fiscus vendit rem debitoris,quot requirãtur ? dic . vt in.j. gl.&
11 melius in.l.j.j.de fi.instr.& iure hastæ fiscalis.¶ †Quæro:hic di
citur minori pretio, an requiratur deceptio vltra dimidiam iu
sti pretij?dico,ꝙ non:vt in.ij.glo.¶ Quæro : dicit aperta frau
de in quo debet esse fraus?dic vt dixi in.iij.gl.¶ Quæro , intra
quod tempus, post cessationem , potest fiscus vendere? dic , vt
in.iiij.glo.¶ Vltimò glo.mag.format duas.q.dic,vt in ea.Bar.

a ¶ Interdicto frauda. Adde tu ad materiã hui⁹ interdicti fraudatorij : an & quibus competat: Spe.ĩ tit.de re. ec.nõ alie.ver. por ro.ver. certũ.& in rubro nigro.ff.& C.de his,q̃ in frau. cred.

b ¶ Ad futura. Adde.d.Ale.ẽt ĩ.l.iij.§.illud.ff.ꝙ quisq; iu . & ꝙ p eũ post Bar.ĩ.l.si stipulat⁹ §.j.de ver . obli.& ꝙ per Lau. defan. in.l. ĩ quorum.vj. col.de pig. & limi tat p Aug.ĩ.d.l.iij. §. ꝓcurator.& ad de Paul.de ca.ĩ cõ si.xxx. Adde istũ in.l.fin.nu.vj.& ꝙ ibi posui in addi. ad ipsum ver.item de fructib⁹.in.j . le ctu.& in.ij.lec.nu. iiij.in ver.ad here-ditatẽ nõ adaptat. &.§.de pa.ꝙ Ale. in.l.stipulatio hoc modo cõcepta.co. vij.& seq.ff.de ver bo.ob.et dixi post Collect.in.c. accepim⁹. nu.iij.ĩ ver. non futura . extrà de pact.

SVMMARIVM.

1 *Metroici dicuntur, qui transferuntur de uno loco ad alium mensuratione bonorum facta.*
2 *Bannitus ex delicto, ex quo ueniunt bona publicanda, non æquiparatur deportato.*
3 *Bannitus ob delictum, ob quod cum publicatione bonorum perdit etiam iura ciuitatis, æquiparatur deportato.*
4 *Publicatio bonorum statu integro remanente, non impedit successionem.*
5 *Statutum publicans propter delictum, bona alicuius, non impedit successionem, uel nouam acquisitionem, si eius status non mutatur.*
6 *Publicatio bonorum, non trahitur ad futura.*
7 *Bannitus nostri tẽporis, qui perdit ciuitatẽ perdit successionẽ sibi delatã ex forma statutorum ciuitatis, non sibi delatam de iure communi.*
8 *Bannitus, qui ex forma statutorum perdit etiam beneficia iuris communis, quòd non possit in sua ciuitate succedere: etiam de iure communi.*
9 *Bannitus, qui succedit secundum iuris communis dispositionem, licet audiri non possit: tamen poterit cedere alteri iura sua, & de etiam rebannito agere poterit.*
10 *Bannitus potest contrahere per stipulationes, & alios contractus secundũ formam iuris communis.*
11 *Bonorum appellatione simpliciter, quòd, an ueniant futura, lex semper loquitur.*
12 *Statuta, quæ disponunt contra ius commune, non recipiunt interpretationẽ extensiuam.*

¶ LEX. IIII.

1 CErta forma. ¶ Publicatio bonorum
statu integro remanente
non impedit quem succedere.hoc dicit. ¶ †Ad
euidentiam scias, quòd quando Imperator capie
bat aliquam terram non sibi amicam:extrahebat
inde homines fortes,& armigeros,& mittebat ad alium locum
& omnia bona,quæ in loco illo habebant publicabat:& sic isti
homines translati vocabantur metroici.à metros,quod est mẽ-
sura:quia alius locus mensurabatur & assignabatur eis:vt hic,
Et.j.nõ lic.habi.metro.sup rub.¶ Hoc p̃misso casus ĩ terminis
est clarus.Impator venit in Italiã , & reperit quãdã ciuitatẽ:q
erat contra imperium:& cepit eã , & aliquos homines armige-
ros extraxit.Modò pater istorum expulsorum,& alij consan-
guinei decedunt : quæritur , an poterunt bona parentum,vel
consanguineorum habere?& dicit ꝙ sic·quia publicantur tan-
tùm bona,quę isti metroici habebant,non quæ ad eos à paren
tibus in futurum deuenerunt:quia nulla lex prohibet eos suc-
cedere.Barto.
2 Additio. ¶ †No.manifestè,ꝙ ex eo,ꝙ quis bannitur
ex delicto,ex quo veniunt publicanda bo-
na,non æquiparatur deportato : nam deportatus non succe-
dit ex testamento,neque ab intestatò.l.j.C.de hære.instit.&.l.
j.§.fin.ff.de contrata.&.l.si necem.§.si deportatus.de bo.lib.&
ideò glo.quæ est insti.qui.mod.ius pa.pot.so.§.relegati.repro
banda est.& quamuis reprobetur per leg.generales:tamen ha-
bes hic singularem casum,ex quo illa glos. venit reprobanda.
hic enim vides bona publicari:& tamen talis succedere potest
ꝙ non posset si æquiparetur deportato:vt.§. †Sed certè vltra
3 omnes ego saluo illam glo.quia ibi glo.vult, ꝙ sit delictũ pro-
pter quod cum ciuitate publicentur bona. vnde pręsupponit
ꝙ sit talis bãnitus,q sic bãnit,ꝙ ex cõdẽnatiõe , seu bãno,per-
dat iura ciuitatis.& si sic ĩtellexerit bñ ĩtellexit. Vnde non be
ne loquitur de bannito simplici,sed de eo,ꝙ transit in condẽ-
4 nationem.de quo per Bar.in.l.Diuus.de cust.reo.An. ¶ †No.
ꝙ dixi in summario,quòd pnblicatio bonorum statu integro
remanente impedit quem succedere. ¶ Opponi.ad hoc.ff.de
his , qui sunt sui , vel alie.iu.l.si qua pœna. Solut. ibi fuit facta
publicatio bonorum , & status fuit mutatus : quia perdit ci-
uitatem & libertatem :hic verò status integer remansit : licet
5 bona sint publicata. ¶ † Ex hoc habes , quòd licet ex for-
ma alicuius statuti bona alicuius publicentur:non tamen ĩpe-
ditur succedere,vel de nouo acquirere,si eius status non muta
tur.Barto.
6 b Additio. ¶ † Et sic not . quòd publicatio bonorum
non trahitur ad futura. [b] Adde Bald. in leg.
fina.C.quæ res pigno.& Barto.in leg.prima .in vltima colum.
ff.de bonis dam.& quod ibi dixi.Alexand.Et bona futura,an
veniant in publicatione bonorum,vide per Bald.Ang.& mo
dernos in leg.iij.§.penul.quod quisque iuris.per Cyn.& Bal.
in leg.ij.de bonis dam.per Bald.in.l.j.in vltima colum. de bo.
dam.per Bald.in.l.iij.suprà de priuile.fisci.per Imol.in leg.ex
facto.§.fina.ff.de vulga.& pupil.Hoc tamen limitat non pro
cedere in actionibus conditionalibus:quia licet pendeant de
futuro,tamen veniunt in publicatione,& confiscatione, secũ-
dum Bald.in.d.§.pe.Et pro eo est bonus tex.in.l.inter socerũ.
§.fina.de pact.do.quæ limitatio habet locum in iuribus condi
tionalibus ex contractu:secus si ex vltima voluntate: vt est gl.
singularis in.l.nam ad ea.de cõdi.& demons. Bal.in.l.etiam.C.
ad.l.falcid.in.l.j.pen.colum.C.de hære.inst. Sed esset dubium,
quid in obligationibus passiuis?an transeant in fiscum publi-
catis bonis?vide per Bart.in.l.quoties.in fin. de noua . & in.l.
postquàm.in fin.vt lect.no.caue.& in.l.si quis arbitratu. in pe-
nulti.colum.de verborum obligatio. & videtur tenere contra
Barto.Bald.in.l.fina.C.de contrah.empt . Et multum laborat
pro responsiõe tex.pro respon.d.l.quoties.Pro quo vide Bar.
in consil.colonus de spoleto.& per Bald.in.l.j.de bo.libe.per
Roma.in.l.si marito.soluto matrimonio. Vide omnino in ma-
teria Aretinum in sua practica maleficiorum,in verbo,& eius
bona publicamus.& Lu.in litera.c. notabili.lxxxiij. vbi limi-
7 tat glo.in .d.l.nam ad ea. Alexand. ¶ †Quid ergo dices de ex
bannito?Breuiter ille perdit omnia iura ciuitatis suæ:vt.l.amis
si.§.q deficiunt.ff.de cap.di.& dixi in disputatione, quam feci
de hoc,quæ ĩcipit, Lucanę ciuitatis statuto,&c.vnde si succes-
sio deferatur ex forma statutorum , ex bãnit⁹ perdit illam.Sed
si successio defertur de iure communi,illam successionem non
perdit.casus est hic.Nam vides , quòd per translationem per-
debantur iura ciuitatis propriè quod incidat verbum transla
tio:vt leg.prima.ff.de noua. tamen retinet ius succedendi de
iure communi in ciuitate illa.quod no.Barto.

Additio. ¶ Idẽ tenet Imo. in. l. ij. C. de test. & Barto.
& alij in. l. j. §. de hære. instit. & idem tenuit
Sal. in. d. l. j. licet Imo. in. l. ex facto. §. ex facto ad treb. tenuit
cõtra opi. Bar. ex prædictis. Vide tñ latius Alexan. in. d. l. j. in
viij. co. circa mediũ, cũ addi. Bal. Sed quid de testamẽti factio
ne? vide Bar. in. l. lucius. §. si cui. ff. de testa. Alex.

8 Additio. † ¶ Quid aũt si per statutũ caueretur, ꝙ ta-
lis bãnitus priuatus sit tam beneficio illius
ciuitatis, q̃ etiã iuris cõis: nunquid poterit in illa ciuitate, ex
qua bannitus est succedere ex forma iuris cõis? dic ꝙ non. Et
ideò istud intellige, quando non esset istud expressum, quòd
& iura cõmunia perdat. & vide de hoc per Bar. in cõstitutiõe
qm̃ nuper. in gl. super verbo, rebellando. circa medium, qui
sint rebelles. ¶ Sed ꝓsupposito casu, quo succedere põt ban-
nitus secũdum formam iuris cõis: quid ei proderit talis suc-
cesio: nonne tali bannito debet denegari audiẽtia? ipsi enim
non debet ius reddi. Cùm enim posit occidi impunè: quãto
magis ei9 bona, vel sibi debitum potest retineri, sine redditio
ne alicui9 iustitiæ: vt in. x. colla. hic finitur lex. c. dño guerrã.
9 ¶ † Sol. dic, ꝙ ex hoc non impeditur succedere secũdũ formã
iuris communis. Nam q̃uis non posit agere, donec est exbã-
nit9: tñ prodest ei in casu in quo rebanniatur, vel extrahatur
de banno. Sublatum enim erit tunc impedimẽtũ agẽdi: & re-
periet se dñm bonorum. Præterea etiã durante banno pote-
rit cedere iura sua, & pretium inde habere: & ille cesionarius
poterit agere illis actionibus cesis: neq; exceptio illi obsta-
bit: cum non habeat ex titulo lucratiuo, vt no. per Dy. in. c. si
quis in ius. de regu. iur. lib. vj. Et facit quod ipse Dy. no. ff. de
noua. l. doli. in fine distinctiõis suę. vbi expresse ponit de ista
10 exceptiõe bãni. † ¶ Et habes ex ꝑdictis, ꝙ etiã prodesset tali
bãnito cõtrahere ꝑ stipulationẽ, vel ꝑ certos cõtractus, secũ-
dũ formã iuris cõmunis. Prodesset enim tali rebannito, vt. §.
& vide Bart. qui ita sentit in quæstione sua, q̃ incipit, Lucanę
ciuitatis. &c. de qua hic fit mẽtio. & hęc sunt nota digna. Ang.
11 ¶ † Secũdò no. ꝙ simplex appellatio bonorũ porrigit̃ ad fu-
tura. quod dic plenè in. l. si ita. ff. de auro & argẽ. leg. ꝑ ea, quę
no. §. quæ res pig. ob. poss. l. fi. ¶ Contra illud opp. Nam lex
semper loquit̃: vt. l. arriani. §. de hære. ff. de condi. ex leg. l. j. &
apparet ex oĩbus legib9, & aut̃. quæ dicũt, hodiè. Nã illa die,
qua legit̃, est illud hodiè: & sic apparet, ꝙ postq̃ successerint
illa bona, debẽt esse fisci: cũ. l. illa primò posita adhuc loquat̃.
Rñ. ista verba enunciatiua etiã si hodiè legerent̃ non possent
adaptari ad posteà q̃sita. & posito ꝙ possent: ad illa nõ trahe-
rent̃. Nã leges illę contrariæ loquunt̃ qñ lex dicit aliquid, ꝙ
non est contra ius commune: aliâs secus: vt puta si continet
remissionẽ delictorũ: vt. l. cũ lex. ff. de leg. vel si continet abla
tionẽ bonorum absq; delicto: vt hic, & dixi plenè in. l. omnes
12 populi. ff. de iust. & iur. ¶ † Vltimò no. ꝙ statuta, q̃ disponũt
contra ius cómune, nõ recipiũt interpretationẽ extẽsiuã. dixi
plenè in repetitione. l. oẽs populi. dic vt ibi plenè. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Officialibus Principis non creditur sine literis, quando s. mittũtur de una prouincia ad aliam.*
Officiales missi extra prouinciam, debẽt Præsidi illius prouinciæ ostẽdere literas.
Officiales debent portare insignia, ex quibus cognoscantur.
2 *Officiali de facto exequenti, de facto resisti potest.*
3 *Resistens officiali de facto exequenti potest conuocare coniunctos & amicos, & etiã uicinos: & etiam sine conuocatione possunt conuenire.*
4 *Consuetudine inductũ est, ut oppressi exclament, succurrite, succurrite.*
5 *Officiali Principis uenienti cum literis est obediendum.*
6 *Mandatũ priuati an posit probari aliter, q̃ per literas, uel instrumẽtum.*
Nuncio priuati, an sit credendum sine literis?

¶ LEX. V.

PRohibitum. ¶ Nũcijs Principis nõ
creditur sine literis. &
ipsis volentibus aliorũ bona capere, quilibet cui9
interest, põt de facto resistere. h. d. Diuide in tres
partes: qa primò ponit vnũ dictũ. Secũdò dat remediũ ad ob
seruationẽ illius dicti. Tertiò ponit, quãdo officialibus sit cre
dendum. Secũda ibi: & vt omni. Tertia ibi: tunc enim. Casus
2 in terminis est planus. ¶ Not. ꝙ † officialibus Principis non
credit̃ sine literis: vt hic, &. §. de mã. prin. l. vnica. ¶ Sed q̃ro,
cui debet istas literas ostendere? text. hic in fi. dicit, ꝙ debet
innotescere illis, quorũ ĩterest. tex. ĩ aut̃. de colla. §. eos colla.
x. declarat melius, q̃: alibi, ꝙ hoc debet fieri notũ in curia ꝓsi-
dis prouinciæ: quo facto creditur illi officiali per totam pro-
uinciã. Vnde collige, ꝙ hæc lex non habet locum, nisi quãdo
officialis mittit̃ de vna prouincia ad aliam. Nã in eadem pro
uincia est præsumptio, ꝙ officialis sit notus, vt. d. §. eos. Fa-
teor tñ, ꝙ dicti officiales debẽt portare insignia officialium, ex
quibus cognoscantur: vt nuntij birretũ rubeũ, & similia: aliâs
posit eis resisti: vt. l. item apud labeonem. §. si quis virginem
ff. de iniur. iuncta. l. si quis ignorans. ff. loca. Adde Bar. in. l. j. j.
de colla. fun. & vide no. per Bar. in. l. si publicanus. §. j. de pu-
blicanis. & in. l. si qua per calumniam. de episco. & cle. & in. l.
si procura. §. de procu. & in. l. si quis inficiatus. §. depositi. in
extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, per nũcium. & no.
in. c. post cesionem. de prob. & per Ange. in repeti. l. si vacã-
tia. in. ij. co. de bonis vacan. & in aut̃. de colla. §. hoc autem. col
2 la. ix. Alex. ¶ † Item no. ꝙ officiali iniustè exequenti, licet de
facto resistere, vt hic, &. l. deuotũ. j. de meta. quod dic: vt per
Cyn. in. l. j. §. vnde vi. & per Gul. de cu. ff. de iusti. & iure. l. vt
3 vim. ¶ † Item no. ꝙ licet resistere etiam his, quorum interest.
Puto etiã, ꝙ quo ad resistendum põt conuocare coniũctos &
amicos: & etiã sine cõuocatione posint conuenire vicini &
amici: vt. l. si quis in seruitute. in fin. ff. de furt. facit quod no.
4 in. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm. ¶ † Ad hoc tñ, vt ho-
mines citius veniant ad succurrẽdũ oppresso, est de consue-
tudine inuẽtũ, vt oppresi exclamẽt: succurrite, succurrite. ex
quo videtur omnes audientes conuocare, vt. l. prætor ait. §. si
quis aduẽtu. ff. vi bo. rap. & habes per glo. & docto. in. d. l. vt
5 vim. ¶ † Vltimò no. ꝙ officiali Principis venienti cum literis
6 debet obediri. ¶ † An autem mãdatum priuati probari posit
aliter, q̃ per literas, vel instrumentum? no. doct. in. l. j. §. de pro
7 cu. ¶ † Itẽ, an nũcio priuati credẽdũ sit sine literis[a], dixi plenè
a in. l. eũ, qui. in fi. cum. l. se. ff. cõmo. & ibi vide in fin. Bar. Nota
credi nuncio, si portat birretum signatũ. Idẽ Bar. in. l. eũ qui.
§. fi. ff. cõmo. vbi dicit standum consuetudini. vide Salic. in. l.
sanctũ. de rerum di. vbi dicit, ꝙ offendens officialẽ sine signo,
nõ punitur, vt offendẽs officialem. Bar. in extrauagan. ad re-
pri. in verb. per nunciũ. Et quãdo officiali iniustè exequenti
posit resisti: vide Inno. in. c. si quando. de offi. dele. & in. c. di-
lecto. in princip. de sententia excommuni. in sexto. glos. in. c.
nõ debet. xj. q. iij. & Pet. de anch. in regula, ea quæ. in repetit.
in. j. oppo. & vide glo. in. c. non inferẽda. xx. q. iij. & per Bar.
in. l. deuotum. de metatis. & in. l. omnes. j. de decurionibus. vi
de glo. in. c. reo. xxiij. qõ. v. in. c. hi, qui: xiiij. q. iij. & quod di-
xit Inno. in. d. c. dilecto. vbi dixit, ꝙ si iudex iniurietur ali-
cui iuris ordine omisso, violenter & de facto potest ei resisti
impunè. allegat glo. singularem in. c. ex literis. de offi. dele. Et
est gl. in ver. intelligentiam. in. c. pastoralis. eod. ti. quę vult, ꝙ
iudici exequẽti sñiam nullã, posit resisti. & vide Flo. in. l. ad-
dictos. C. de epi. & cler. & ibi Bal. circa mediũ. & Bart. in ex-
trauag. ad reprimen. in verbo, rebellando. in principio. Item
officiali negligenti potest de facto resisti, & remoueri: & ibi
Ang. in aut̃. vt litig. iur. in pen. co. in. §. si qua. in verbo, & cõ-
petẽtes iudices. Item, an executori iniurioso? vide Bal. in. l. ab
executione. C. quorũ appel. nõ reci. in penul. col. in ver. quæ
rũt doct. Ad primũ facit tex. & ibi Bart. in. l. sed si alius. in. §.
bellissimè. quod vi, aut clam, & in. l. contra nostra. de exec. &
exacto. lib. xij. & vide casus in quibus quis potest sibi ius di-
cere, per Bal. in. c. j. §. j. de pace iur. firmand. per Bal. in repe.
in. l. j. in fi. C. vnde vi. in pe. char. Adde circa prædicta, quod
voluit Inn. in. c. cũ olim. in ver. per portoriũ. de priuile. vbi di
xit bellissimè, ꝙ etiã merus executor datus à Papa, vel Impe
ratore, nõ debet, nec potest officiũ sibi iniunctum iniustè exe
qui: qa ei resisti posset, sicut cuiq; alteri exequẽti: qa ibi intel
ligitur, nisi tali executori sit commissum, ꝙ etiam violenter
exequeretur. Alex.

a ¶ Sine literis. Tu vide ꝙ dixi ĩ apo stil. ad Lãfran. de ori. post eũ ĩ. c. qm̃ cõtra falsam. vers. citatiões. ad fin. & ibi oĩno Fel. extrà de proba.

SVMMARIVM.

1 *Procuratore fisci cum libera agente ante tempus, fisco actio perimitur, sicut priuato. & nu. 3.*
Hodie induciæ duplicantur.
2 *Agens ante conditionem, uel diẽ incertam, an perdat actionem? remissiuè.*
4 *Præscriptio rõne negligẽtiæ ita habet locũ cõtra fiscũ, sicut cõtra priuatũ.*
5 *Tẽpora in præscriptiõe sunt alia statuta cõtra fiscũ quàm cõtra priuatũ.*
6 *Proponens actionem sibi non competentem, reijcitur uel lacerando libellum, uel pronunciando.*
7 *Procurator habẽs liberã si agat cõtra debitorẽ ante tempus, quod nõ duplicẽtur induciæ.*

¶ LEX. VI.

IVstas. ¶ Duobus modis legitur. secũdũ pri
mam lect. h. d. † Procuratore fisci agẽ
1 te ante tẽpus, actio perimitur, sicut etiam in quo-
libet priuato agente. hoc dicit. Gloss. hanc lectu.
clarè explicat. ¶ Oppo. insti. de excep. §. temporales. Sol. gl.
ꝙ hic dicitur, hodiè corrigitur: quia non perimitur actio, sed
duplicãtur induciæ. & hoc est de. l. C. antiqua. Ista autem du-
plicatio fit de tẽpore quod superest: vt. l. aut dãnũ. §. q̃squis.
2 ff. de pœ. † Et an hoc locũ habeat in eo, qui agit ante conditio

nẽ, vel diẽ incertã: dic, vt in.l.nõ solũ.§.tale.de lib.leg.&.l. pe
cuniã.ff.si cer.pe. Qui agit ante cõditione, an perdat actionẽ
seu tẽp⁹ duplicet̃. Adde Io.an.& Ant.de bu.in.c.j.de plus pe
ti.qui dicũt, ꝙ totũ tẽp⁹ duplicabit̃. ꝙ etiã se.quit̃ Are.in.§.si
quis agens.insti.de act.vide Bar.in.d.l.pecuniã. & ibi scripsi.
Et an ante diem, vel conditionẽ sit nata actio, vide plenè per
Bar.in.l.ita stipulatus de ver.obl.& aliqd ꝑ eũdẽ in.l.fulcini⁹
§.si in diẽ.ff.ex qui.cau.in pos.ea. Et adde ꝙ tamẽ potest agi
vt caueat̃ de debito.tex.est & gl.vltima no.in.l. in omnib⁹.ff.
de iudi.& ibi tenuit, ꝙ temp⁹ duplicabit̃, si agat ante diẽ, vel
3 cõditionẽ. Alex. ¶ † Quæro, quo agẽte perdit fiscus actionẽ?
gl.dicit, ꝙ procuratore agẽte, q habet liberã.l.j.de offi. ꝓcu.
Cæsa.ꝙ est verũ: qa hæc pœna nõ põt inferri ipsi ꝓcuratori,
qui nõ habet actionẽ.arg.s̃.de his, qui.vt indig.l. Polla. & de
sacrosan.eccle.l.iubemus nullã, nisi hoc factũ fuisset fraudu-
4 lẽter ꝑ procuratorẽ: vt.l.meminerint.s̃.vnde vi. ¶ † Secundo
modo legit̃ in ꝓscriptione, secũdũ quã lec. hoc intendit cõtra
5 fiscũ negligentẽ præscribit̃, sicut cõtra priuatũ.h.d. † Aduer-
te tñ: qa alia tẽpora sunt statuta in præscriptiõe cõtra fiscũ, q̃
6 contra priuatũ: vt.l.in oĩbus.ff.de diuer.& tẽp.ꝓscri. ¶ † Vl-
timò no.ex tex.in prin.dum dicit cõcremari.& gl.exponit.i.
amitti.quod nõ est necesse. Cũ enim quis proponit actionẽ,
ad quam admittendus non est: duplex est modus repellendi.
vnus de facto.s.lacerando libellum: vel concremando igne,
vel alio modo pronunciando, vt.l.ij. in fi.C. vt nemo priua.
vnde concremari potest propriè stare.q.d.iubeo cõburi libel
lum.Bar. Libellũ ineptũ iudex lacerat: & non admittit. adde
glo.in.l.j.de offi.asses.& facit.l.sicut.C. Adde ꝙ etiam potest
parte tacente & non opponente, secũdum Bald. in.l.ij.C. vt
nemo priuatus.& in.l.edita.in lectu.Paduana.C.de edendo.
Quod limita, nisi essemus in casibus, in quibus non requirit̃
libellus: qa licet produceretur ineptus, teneret: licet posset la
cerari.gl.est singularis in.l.vinũ.in fi.glo. mag.ff.si cer. pet.&
Bar.in ver.sine figura.in extrauaganti. Alex.

7 Additio. † ¶ Sed pone, ꝙ procurator meus cui dedi
liberam potestatem, egit contra meum de
bitorem ante tempus, nunquid duplicantur induciæ? Ista
lex facit, ꝙ non: qa non videor mandare, vt delinquat: vt.l.si
procurator.§. Celsus.ff.de cõdi.in de.&.l.pater.de priui. cre.
facit in aut̃.de trien.& semis.§.illud. Ange.

☞ SVMMARIVM.

1 *Facultas defendendi, nemini est deneganda. defensio iuris ciuilis tolli potest. & nu.3.*
2 *Statutum, ꝙ non liceat alicui se defendere, non ualet.*
3 *Defensio de facto, potest prohiberi, quando offensa est licita.*
4 *Lite pendente, quando possint bona describi?*
5 *Possessio debet remanere apud reum conuentum, & sic non potest fieri de ea sequestratio.*
6 *Fiscus quando bona in fiscum deferuntur, quanam act. agat?*
7 *Fiscus pro bonis, quæ in fiscum deferuntur, agit coram præside.*
8 *Cognitio super bonis delatis in fiscum, an sit ordinaria? remissiuè.*
9 *Sententia generalis, quod feratur in iudicijs uniuersalibus.*
10 *Fiscus potest cogere notarios ad exhibendum instrumenta pertinentia ad aliquem, cuius bona in fiscum sunt delata.*
11 *Fraudans fiscum punitur in duplum.*
12 *Quæsita per officiales fisci, uel per Prælatum ecclesiæ, an præsumantur quæsita de bonis fisci, uel ecclesiæ?*

¶ LEX. VII.

FAcultas. Aliâs. Defensiõis facultas. ¶ Ista
est no.l. Breuiter hoc intẽdit. Cõ
tra fiscũ, licet cuilibet se defendere: & añ sñiam bo
na nõ auferunt̃: post sñiam solitè inuestigabunt̃. ꝙ
etiã in officialibus locũ habet.h.d. Bal.in consi.in Christi no-
mine amẽ, petito tutore à matre.alle.istũ tex. ꝙ licet sit remis
sum inuentariũ tutori, tamẽ debet per descriptionẽ bonorũ
fieri, ne bona baratent̃. ꝙ tene mẽti. Alex. ¶ Et primò ponit
vnũ dictũ. Secũdò rationẽ dicti. Tertiò ex his ponit vnã con
clusionẽ. Quarto effectũ illi⁹ cõclusionis. Quintò circa prędi
cta mouet vnũ dubiũ, & determinat. Secũda ibi: cũ facultates.
Tertia ibi: vbi ergo. Quarta ibi: vt cum. Quinta ibi: vt sana.
1 ¶ † No. ex prĩ. ꝙ facultas defendendi nemini est deneganda.

Additio. Hoc est verũ in naturali defensione, secus
in ciuili. Bal. vt.l. vt uim.ff.de iusti. & iur.
Et scias, ꝙ licet statutum dicat, ꝙ tali non fiat ius, non tamen
videtur denegata defensio. Bal.in.l.j.circa fi.ff.de hære.instit.
Alex. Statutum prohibens defensionẽ non tenet: de quo per
Bal.in.l.omnes.C.si contra ius vel vti.pu. Et adde Bar. q vnũ
videtur voluisse in.l.cum mulier.sol.mat.& aliud in.l.vt vim.
ff.de iusti.& iure.in versi.item ad hanc solutionem. vide per
Bal.in.l.iij.§.si is ꝓ quo.quod quisq; iuris. & per dñicum in

c.nõ solũ.de appel.in sexto.vbi dicitur, ꝙ defensio ĩducta de
iure ciuili, tolli põt: in dubia de iure naturali nõ. de quo in.c.in
ter quatuor.de maio.& obe.& Bar.in extraua.qui sint rebel-
2 les.in verbo, mille librarum. Ale. ¶ † Per hoc dico, ꝙ statutũ,
quod dicit, ꝙ non liceat alicui se defendere, nõ valet: quia de
fensio est de iure naturali: vt.l.vt vĩ.ff.de iust.& iur.&.l.pactũ
in gl.mag.ff.de pact. Et est hodiè expressum de re iu.c.pasto-
ralis.in cle.quod intelligitur in defensione suæ propriæ per
sonæ: & sic qñ est necessaria defensio volũtaria nõ põt prohi
beri per legẽ vt no.per.Inn.extrà de excep.c.cũ inter: Plenè
a dixi.ff.so.ma.l.cũ mulier.[a] † Et hoc verũ in defensiõe iuris: de
3 fensio verò de facto põt prohiberi à lege, qñ offensa est licita
vt.C.quã.li.vni.sine iu.se vin.l.j.&.ij.facit.s̃.eo.l.prohibitũ.
4 in prin. ¶ † Venio ad secũdã partẽ. Ex qua habeo, ꝙ lite pẽ.
nõ debet possessor inquietari: nec bona eius describi. Sed cõ
tra.ff.de requi.re.l.fi. Sol. ibi reus aufugerat, & erat cõtumax:
hic nõ. ¶ Opp.ff.de ven.in pos.mit.l.j.§.pe. So. quædã est de
scriptio, quæ idẽ est, quod incorporatio in patrimonio fisci:
vt depingere arma fiscalia in domibus & possessionibus alio
rũ. & istud prohibetur hic lite pendẽte. ita intelligit glo.hic,
dũ allegat.s̃.vt ne.priua.l.ij.cũ si. Quædã est descriptio.i.scri
ptura, quæ fit a tabellione: vt res nõ perdantur, vel ne subtra
hantur, & ista põt fieri lite pendẽte: vt.l.contraria: vt.j.de bo.
vacã.l.fi.licet sequestratio fieri nõ possit. quod est notãdum.
Vbi est prohibita sequestratio, permittitur tamẽ bonorũ de-
scriptio. de quo per Bart.in.l.fi.de requi.reis.& in.l.prima.de
prohi.seque.pecu.& ibi vide Bald.qui hoc limitat in fin.&
Anto.de but.in.c.ij.de sequest.posses.& per Bal.in.l.Impe-
ratores.de app.& in.l.si fideiussor.§.fi.qui satis.cog. Vide tñ
Bal.in.d.l.j.vbi dicit, ꝙ iudex debet esse multũ discretus. Et
an possint capsæ & ostia domus, ex iusta causa sigillari: vt
posteà eorum, quæ ibi sunt, possit descriptio fieri: vide Ang.
in.l.j.C.ne liceat sine iudi.aut.signa imprimere. Vbi dicit, ꝙ
rõne, vel alterius iustæ causę occasione põt iudex cõcedere si
gillationẽ capsarũ & ostiorũ, & hoc cũ authoritate iudicis:
aliâs posset agi iniuriarũ: vt.l.si iniuriæ.ff.de iniurijs. Alexã.
¶ Quærit gl.super quo erit cõtrouersia? dic vt in gl.quã tan-
5 gã in se.ver. ¶ Venio ad tertiã par. Ex qua not. † ꝙ possessio
debet remanere apud reũ cõuẽtũ: & sic nõ põt fieri sequestra
6 tio, vt.s̃.proximè dixi. ¶ † Quæro, qua actiõe fiscus petet ista
bona? & videtur ꝙ rei vẽdicatione: quia tex.hic dicit vẽdicã
te. Breuiter dic. qñq; bona deferuntur in fiscum tanq̃ hæredi
tas alicuius mortui: & tunc agit fiscus petitiõe hæreditatis.s̃.
de his, qui.vt indig.l.j.& ibi not.in glos.&.ff.ad Sylla.in co-
gnitione.de pet.hęre.l.item veniunt.§.pridiè.& no.in.l.prę-
donis.eodẽ tit. Qñq; deferuntur bona in fiscũ, nõ vt hæredi-
tas, sed vt bona alicuius priuati delinquentis: & tunc potest
agere rei vend. vt hic, & lege. Imperator.ff.eodem vel condi-
ctione ex lege ista: ex qua bona in fiscũ debent deuenire.ar.l.
7 j.ff.de cõd.ex.l.facit.l.j.ff.e.ti. ¶ † Quęro corã quo agitabitur
ista qõ? dicit gl.corã præside: vt.l.fi.j.de bo.vac.quod intelli
8 ge, vt ibi dicã. ¶ † Quęro, vtrũ ista cognitio fiet ordinariè, vel
summatim? tex.hic innuit, ꝙ ordinariè, qñ dicit cognitio vẽti
9 letur &c. Cõtra videtur.j.tit.j.l.pe.& ibi dicam. ¶ † Venio ad
quartã part.& no.hic tex.ad illã practicã, quã tangit gl.in.l.j.
ff.de edẽ.in prin.l.mag. videlicet, ꝙ in iudicijs vniuersalibus
sñia fertur vniuersaliter, & tẽpore executionis inquiritur par
10 ticulariter de bonis. ¶ † Secũdò no. prout gl.exponit cõditio
nales.i.notarios, ꝙ quãdo bona alicuius publicãtur, põt fisc.
mittere pro oĩbus notarijs, qui habẽt instru.ad illũ, vel illa bo
na pertinentia, & eos cogere, vt sibi exhibeant. Adde ad hoc
11 Bar.in.l. Aristo.de iure deli. Alex. ¶ † Tertiò not. ꝙ qui facit
fraudẽ fisco, punitur in duplũ. quod dic, vt.l.prox. ¶ Venio
ad vlti.partẽ, quæ legitur duobus modis. Primo, ꝙ officialis
12 fisci cõprehẽdatur hac cõstitutione. & ista est bona lec. ¶ † Se
cũdo, ꝙ officiales fisci nõ cõprehendãtur hac cõstitutione: &
sic ꝙ eis nõ est data defensionis facultas: quasi quicquid offi
ciales quęsierint quæsisse præsumãtur de bonis domini, seu
fisci: vt glo.tangit. Quod si verũ esset, valde notãdũ esset: mihi
aũt nõ videtur verũ, per.l.si defunctus.C.ar.tu.&.ff.e.ti.l.iij.
§.multa. vbi nõ præsumitur de bonis fisci: nisi hoc liqdè pro-
betur. In prælato aũt eccl.dic: vt in aut̃.licẽtiã.s̃.de epi.& cle.
vt ibi dixi.& per Inn.in.c.cum in officijs.de testa. Bar. Offi-
cialis, vel thesaurarius, quicquid acquirit, præsumitur ex bo
nis fiscalibus. vide Bald.in.c.j.de controuersia inter domi.&
va. Et adde ꝙ cũ ista glo.transit Bald.ibi, & in.d.l.si defun-
ctus.arbi.tut.& in.l.iij.de dona.inter virũ & vxo.& in.l.quis-
quis.C.si cert.pet.& in.l.cum oportet.C.de bon.quæ libe.&
in aut̃.licentiam de epi, & cle.& in.l.j.C.de hære.vel actio.vẽ.
Dicit tamen Bald.in.d.c.j.ꝙ ista glos.procedit anteq̃ officia-
lis re

*Pro cõcordia. Ad
uerte officialis, seu
thesaurarius qñ ali
quid acquirit an ĩ
telligat̃ acqrere de
bõis suis, an de bo
nis eius, cui⁹ offm̃
gerit.& Bar.repre
hẽdendo gl.hic in
l. facultas. tenuit,
ꝙ ꝓsumat̃ acqrere
de suis. Sed contra
rius allegat̃ ĩ trac.
de duo.fra.col.ij.ĩ
illo mẽbro distin.
suæ vbi nõ induci
tur ꝓsumptio de-
licti. So. põt accõ-
modari secũdum
Bal.in.c.j.de cõtr.
inter do.& vas.in
vsi.feu.quẽ alle.d.
Alex.in addit.ad
Bar.s.ꝙ prĩa opi.
loquat̃ post reddi
tionẽ rõnis. Secũ-
da verò opi. ante
redditionẽ ratio-
nis. sed Bar. ꝓpriè
non loquit̃ in the
saurario fisci in.d.
tra. licet possit cõ
prehẽdi sub ver-
bis suis gñalibus.
& ideo de directo
non posset argui
contrarius. Adde
Bal.ĩ.l.si defunct⁹
arb.tut. in.l.iij. de
do.ĩter vi. & vxo.
in.l.quisquis.C. si
cer.pet.

a ¶ L.cũ mulier. &
ibi vide Bal. &.d.
Ale. omnino in.d.
l.vt vim. Et adde
ad materiam, quæ
habentur ꝑ Fel.in
c.dilecti filij. circa
fi.iiij.col.de exce:
in.c.expte.el.ij.de
of.& po.iu. dele.
in.ij.colũ.in ver.j.
videndũ. cũ plur.
se.& ꝙ ibi dixi in
apostil.

lis reddat rõnem administrationis: secus si post. quia procederet dictũ Bar. & vide Bal. in d. auẽ. licentiam. & Bar. in suo tractatu de duobus fratribus in ij. col. in versi. quartò quæro, quid si dubitetur &c. Et de prælato, vide Io. an. & alios in c. vnusquisq; de pecul. cleri. & vide Bal. in l. j. de hære. vel act. ven. & per Inn. & d. Cardinalem in c. cũ in officijs. de test. & quãdo est dubium inter prælatum ecclesiæ, & ecclesiã, de qui bus bonis videatur facta acquisitio: dic, q̃ fit diuisio inter hæredes prælati, & ipsam ecclesiã. Casus est iuncta gl. quã approbat ibi Archi. xij. q. iiij. c. si sacerdotes. & Ro. in litera. B. not. lxxxij. vbi dicit se ita consuluisse. Alex.

Additio. Vtrũ quæsita per officialẽ fisci, vel prælatũ præsumantur quæsita de bonis fisci, vel de bonis eccle. Istã tamen gl. videtur sequi Bal. in l. si vt proponis. C. de do. inter vir. & vxo. in officiali publico: secus in priuato. & vide quod dixi post Bar. in l. j. ff. de bo. dã. Sed ista gl. no. per Bald. in d. l. si defunctus. C. arbi. tu. & non est alibi ista glo. secundum Bal. in l. cum oportet. in prin. de bo. quę lib. & a ibi plenè de hac materia.[a] Alex.

SVMMARIVM.

1 *Recipiens in fraudem fisci promissiones, uel uenditiones fictitias, punitur in duplum.*

2 *Officiales plures si commiserunt fraudem, omnes tenentur ad quadruplũ, non tamen insolidum.*

¶ LEX. VIII.

1 QVi in contractibus.† ¶ Qui in fraudem fisci super rebus fisco incorporatis, contrahit: punitur in quadruplum. h. d. ¶ Op. s. l. prox. vbi tenetur in duplum. Solu. ibi fuit cõmissa fraus in acquirendis: hic in iam acquisitis. Quod tene menti pro istis, qui recipiũt in fraudem fisci promissiones, & venditionem fictitiã: vt teneantur in duplum: vt 2 hic, & l. aufertur. §. j. ff. eo. ¶ † Quæro: quid si multi officiales fuerũt, qui istã fraudẽ cõmiserunt: dicit glo. q̃ ad vnum quadruplũ teneãtur oẽs: vt. d. l. aufertur. §. fi. ff. e. Quod no. quia licet in delictis aliàs quilibet insolidum teneatur: tamen in officialibus est secus: vt. l. si multi. ff. de pub. quod dic plenius, vt ibi dixi. In officialibus delinquentibus solutio vnius alios liberat. hoc etiam voluit Bar. in l. si in rixa. ff. de sicarijs. & Ang. & moderni in l. si familia. de iuris. om. iud. Alex.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo antiqua seruanda est in electione officialium.*

2 *Conducens iudicem debet illum conducere, & recõducere sumptibus suis.*

¶ LEX. IX.

SVper creandis. ¶ Forma & lex data, & cõsuetudo antiqua in electione officialium, est seruanda. h. d. ¶ Ad euidentiam præmitte, q̃ procurator rei priuatæ. l. Cæsaris fecerat vnam suam legem disponentem, qualiter susceptores eligerentur: Imperator hic mandat illã dispo 1 sitionem & antiquam consuetudinem obseruari. ¶ † Not. in electione officialium seruandam antiquã consuetudinẽ. quod 2 dic, vt. l. nõ tantum. §. fi. ff. de decurio. ¶ † Secundò no. q̃ in famulis & sumptu familiæ seruanda est consuetudo, & ideo si aliquis conducit vnũ iudicem, debet intelligi sumptibus conducentis in eundo & redeundo & instãdo: quia sic est consuetudo. facit. l. domini prædiorum. j. de agric. & censi. & l. excepto. s. loca. Barto.

Additio. vide quod no. Bal. in l. j. ad fi. C. de neg. gest. dũ alle. l. ideq; §. idẽ Labeo. ff. mãd. licet in cõtrariũ faciat. l. suo victu. de ope. lib. alle. per eũ Alex. Cõducẽs vnũ vicariũ videtur in dubio cõducere suis sumptibus in eũdo, redeũdo & stãdo. Adde quod no. in l. j. §. si palmarij. de varijs & extraor. cogni. Adde etiã, q̃ si finito officio vicariatus nollet domũ redire, sed alio ire: ptãs teneretur dare æstimationẽ expẽsæ, dummõ nõ longius vadat. vide Bart. in l. ij. j. de priuil. d. Ang. li. xij. vide latè no. per Angel. in l. obseruare. §. proficisci. in additionibus. de offic. procõ. & le. Itẽ adde circa hoc, q̃ si ex pacto potestas tenetur cõducere vicariũ, vt. s. suis impẽsis, nõ tenetur tamẽ si in itinere fuerit derobatus, secũdũ Bal. in l. nisi malit. ff. de rei vẽd. in lect. floren. & facit in l. sive hẽda. in §. idẽ iuris. ad l. Rho. de iac. vbi casus. & vide Ro. in l. quicquid. si cer. pet. Circa primũ dictũ Bar. adde, quæ p Bal. in l. j. C. de suffragio. vbi dixit, q̃ ille qui cõduxit aduocatum debet illũ ducere extra prouinciã equestrẽ suis expẽsis. Et ad de quod no. in l. legatis. de ali. & ci. lega. & Bar. in l. ij. §. defendi. ex quibus cau. in pos. ea. vbi ponit de nuncio, qui mittitur ad citãdũ absentem. ¶ Sed an potestas teneatur ad medicinas pro suis officialibus infirmis, vide Bal. in l. quod in vxorẽ. in fi. C. de neg. gest. tenẽtẽ, q̃ tenetur ad modicas nõ ad magnas.

post Iac. bu. & Cy. ibi. & no. Bart. in d. l. legati. ¶ Sed quid si ptãs conducit officialem nõ facta mẽtione de salario? dic, q̃ tenetur secundùm quod cõsuetum est in tali officio, secundùm Barto. in l. exempto. C. locati. facit. l. prius. §. placuit. de aqua plu. ar. & Io. an. in c. fi. de consue. lib. vj. & Bal. in l. Gallus. de libe. & posthu. & no. Bart. in l. j. §. sed & Comites. de varijs & extraordi. cogni. Alex.

SVMMARIVM.

1 *Bona illius, qui se occidit, si deprehensus fuit in crimine: uel accusatus, auferuntur ab hæredibus, & fisco applicantur.*

Delinquens, qui accusatus, uel deprehensus in crimine, si se occidit, habetur pro confesso, & conuicto.

2 *Iura antiqua in illo, qui se occidit corriguntur per auẽ. bona dãnatorum.*

¶ LEX. X.

REorum patrimonia. ¶ Legit̃ hęc l. tribus mo- a
1 dis. secũdũ primum breuiter hoc intendit. † Bona delinquentis mortui non pertinent ad fiscum, nisi viuens fuerit cõdẽnatus. h. d. Hæc lec. procedit quãtum ad pœnã criminalem inferendã. Sed si ageretur ciuiliter, qualiter cõtra hæredẽ transeat pœna: dic vt. s. ne ex deli. defun. l. j. Et quãdo criminaliter, dixi plenissimè in l. ex iudiciorũ. ff. de accu. & plenè dixi in l. j. ff. de priua. del. Item secundũ hanc lect. dicit glos. q̃ reus antequ cõdẽnet̃ põt liberè administrare. quod plenè examinaui in l. post cõtractũ. ff. de do. Sed secundum. ij. lect. breuiter hoc intẽdit. Vbi crimẽ non extinguitur morte, bona nõ auferuntur hæredibus, nisi de crimine cõdẽnatione secuta. h. b
d. ¶ Et secũdum hoc expone tex. ibi, post publicam accusatioñẽ. s. productã cõtra eos, qui se dicebãt hæredes defuncti. et istũ casum no. ¶ Forma aũt sentẽtiæ in casu leg. nostræ ponitur insti. de hære. quę ab intest. §. per cõtrariũ. in gl. & tãgitur in l. qui à latronibus. §. j. ff. de test. & ibi dixi de hoc secũdum tertiã lect. h. d. Bona eius, qui metu criminis se occidit, nõ auferuntur hæredibus, nisi accusatione proposita, & cõdẽnatione secuta. Istam lect. intellige, qñ ante mortẽ de crimine non erat accusatus, vel in eo deprehensus: tunc enim se occidẽdo habetur pro cõfesso, & cõdẽnato de crimine. Nec esset opus noua accusatione & cõdẽnatione: vt. l. ij. in prin. & l. fi. in prin. ff. de bonis eo. qui ante sen. mor. sibi cõsci. facit. s. qui. te. fa. pos. l. ij. ¶ Quæro nunquid hoc hodiè sit immutatũ. per auẽ. bona dã-
2 natorũ. Gl. hic dicit multũ no. q̃ sic: vide eã & signa. ¶ † Not. q̃ vbi quis se occidit iura vetera corriguntur: & habet locum
b auẽ. bona dãnatorum[b]. s. de bo. dã. quod tenẽt doct. in d. auẽ. ego examinaui ista iura in l. fi. ff. de bon. eorum qui mor. sibi c
cõsci. Bar. Adde Bar. in l. j. de bonis dã. & Bal. in l. ij. C. qui test. facere pos. quod no. Bar. post gl. in l. is qui. §. j. ff. de test. Alex.

De conueniendis Fisci debitoribus. *Rubrica.* d

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor officialium non conuenitur, nisi principali excusso, etiam si de bonis officialis emerit.*

2 *Promittens indemnitatem, etiam si renunciauerit beneficio de fideiussoribus, non potest conueniri ante principalem.*

3 *Possessor bonorum principalis, q̃ non posit conueniri ex tacita hypotheca, nisi principali discusso.*

4 *Debitor debitoris fisci, non potest cõueniri à fisco, nisi principali excusso.*

5 *Lex ista, an contineat ius commune, uel singulare?*

¶ LEX. I.

1 NOn iniusta. ¶ Legit̃ tribus modis secundũ j. lec. h. d. † Fideiussor officialiũ
c nõ potest cõueniri, nisi principali excusso[c], etiã si de bonis principalis aliqua bona emerit. h. d. ¶ Op. s. de fideius. l. iure nostro. Sol. speciale in fideius. officialium secũdũ ista tẽpora: licet hodie sit ius cõe, p auẽ. de fideius. q̃ qualiter intelligat̃ videbitis i. l. j. de dec. Mihi tñ videt̃, q̃ quãtũ ad casum hui⁹ l. nulla sit specialitas. Nã hic fideiussit pmittẽdo indẽnitatẽ: non aũt simpliciter marito verba fideiussionis inducunt, vt prius principalis debeat cõueniri: vt videat̃ in quo fiscus sit dãnificatus: vt. ff. de fideius. l. si stipulatus. §. j. in fi. fac. l. fi. ff. si cer. pet. facit. l. ij. si mater indẽ. pmit. & l. tutor. ff. ad Velleia. quod tene mẽti. Qualiter aũt & ad qd possit cõueniri, q̃ indẽnitatẽ promisit: habes glo. in l. ij. s. de sen. q̃ sine cer. quã. pfe.
2 ¶ † Ex his aparet, q̃ qui pmisit indẽnitatẽ, etiam si renũciauerit bñficio de fideiussoribus, nõ põt cõueniri ante principa-
d lem.[d] Hoc eñ inducit hoc casu natura obligatiõis magis, quã beneficium fideiussionis. Bar.

Additio. Hoc idẽ dicit An. i. l. fi. ff. si cer. pe. i eo, q̃ p mittit quãto min⁹ à pricipali cõseq potuerit Et est rõ: q̃a pmittẽs nõ tenet̃, nisi appareat q̃ tum à principa

[a] ¶ Ad quod vide, quæ alle. Bal. i. l. j. s. de hęr. vł act. vẽ. & in l. si quis. s. si cer. pe. eũdẽ in c. j. in ti. de cõtẽ. inter do. & fide. in vsib. feu. & d. coapostillatorẽ meũ in l. diuus. ff. de bo. dãn.

[b] ¶ Bona dãna. ad q̃ vide Ang. Sali. & Bal. in d. l. ij. alleg. in tex. C. qui te. fa. poss. i. ij. co. inver. itẽ scias. vsq; ad fi. l. Et oĩno vide ibi etiã do. Alexã. in. iiij. co. cũ alijs con cor. ibi per eũ fin. in add. Ang. i auẽ. de icest. nup. i pri. in. iij. c. o. & Bal. oĩno in ti. de parte i iij. co. in fi. in versi. quæro ergo de intelle.

[c] ¶ Excusso. vide d. Alex. etiã in l. prior. §. pro magistratu. ff. de admi. re. ad ciui. perti.

[d] ¶ Ante principalem. adde istũ in l. quero. ff. loca. eun dẽ & Alex. in l. si quis vxori. §. si fugitiuũ. ff. de furt. Bal. in l. j. s. de con di. ob tur. cau. & dixi hic in apo. ad Iac. rebuf. nu. j. in ver. principalem.

li cõseq posſit.p.l.decẽ.de ver.ob.& signaui in.l. pater dotẽ, de do.prælег. Hoc etiã voluit Bar.in.l.si.in prin.ff.si cer.pet. pro hoc facit.l.decẽ.cũ ibi no.de ver.ob.sed idẽ Bar.in.l.q̄ro. ff.loca.dicit ꝙ ꝓmittẽs indẽnitatẽ creditori tenet̃ queadmodũ fideiussor.Bal.in.l.si pater.C.mã.in ver.xij.q̄ro q̄d operat̃ promissio cõseruationis?cõcor.opi.de quo vide etiã p Ange. in.l.si quis ab alio.§.si q̄s.in fi.ij.col.de re iu.Alex. Ex his habes, ꝙ ꝓmittẽs indẽnitatẽ, etiã si renũciet beneficio de fideiussoribus põt petere prius excuti principalẽ.ad hoc vide Bar. in.l.quæro.ff.locati.& eundẽ in.l.vnde quærit̃. per illũ text. ff.cõmodati.&.l.iij.in prin.ff.de duobus reis.vide Bal. in.l. si pro ea.C.mãdati.& Bar.ĩ.l.pater.de do.ꝓle. & in dictis locis videt̃ variare aliqualiter,& sibi esse cõtrarius.Quare ꝓ concordia vide Bal.in.l.si pro ea.in ver.xij.quero quid operatur promissio cõseruation.indẽni.& dñm Are. in.l. si q̄s ab alio. de re iudi.ĩ.§.j.de quo etiã p Bal.in.l.si hæres.in ver.ego modò quæro.C.de his,q̄ in fraudẽ cred.& in.l.j.C.de sentẽtijs,q̄ sine certa quã.¶ Sed q̄d in debitore,q ꝓmisit fideiussorẽ indẽnẽ seruare?vide Bar.in.d.l.si pater.& ꝙ habet̃ in.c.ij.de fideius.Quid aũt operet̃ ꝓmissio indẽnitatis?dic ꝙ facit valere actũ aliâs inualidũ. Exemplũ in muliere,q̄ non põt fideiubere,vt in toto titulo ad velleia.ff.&.C.nam si promittat̃ ipsi mulieri de indẽnitate,valet fideiussio:vt est tex.no.in.l. si ꝓ aliquo.ff.ad velleia.ꝙ tñ intelligit̃,si quantitas debita fuisset mulieri data:vt.l.si mulieri dederim.ff.eo.ti.non aũt si pign⁹: q̄a posset vti velleiano:vt.l.quidã voluit:eo.ti. Adde, ꝙ ista indẽnitas operat̃.etiã limita,ꝙ voluit Bar.ĩ.l.si pro reo.§.fi.de fideius. Et de ista indẽnitate, vide etiã Bal.in rubri.q̄ in frau. cre.& in rubri.C.de ver.sig.& Bar.in.l.si stipula.de ver.obli. Et q̄ñ possit cõueniri,vide tex.& Bal.in.l.nã tibi.C. de euic. Et adde,ꝙ instrumẽtũ conseruationis indẽnitatis factũ inter obligatos,non præiudicat tertio,secũdũ Bal.in.l.eũ,qui mu-
3 tuã.C.si cer.pe.per illũ tex. Alex.¶ †Sed secũdũ secũdã lec. breuiter hoc intendit. Ex tacita hypotheca,nõ põt cõueniri possessor,nisi principali discusso.h.d. Ista lec.probatur in.l. moschis.ff.de iure fis.hodiè est ius cõmune: vt in aut.hoc si de
4 bitor.s.de pig.¶ †Secundũ tertiã lec.h.d. Debitor debitoris nõ põt cõueniri à fisco,nisi principali discusso.h.d.Tex. exponit ibi,indẽnitate ꝓmissa.i.ab eo q fideiussit pro officiali secũdũ primã lec.vel ab ipsomet officiali,secũdũ secũdã & tertiã lec.¶ Differẽtiã aũt in cõueniẽdo debitorẽ debitoris inter fiscũ & priuatũ,glo.tangit hic,& melius in.l.j.s.q̄ñ fiscus,vel
5 priua.¶ †Quæro vtrũ hæc.l.cõtineat ius cõmune, vel singulare?gl.tãgit & variat.Dic breuiter secũdũ primã lec. cõtinet ius singulare,habito respectu ad ista tempora.Idem secundũ vltimam:sed secundùm mediam continet ius cõmune. Bart.

SVMMARIVM.

ſonam habilẽ? dic: vt ſcripſi poſt Bar.in.l.ij.j̃.de decurionib9.
vide Iac.bu.& Bal.de hoc in.l.ꝙ fauore.de legi.& aliquid per
Bar.& ſcribentes.hoc tribus modis limit.in.l.iij.in prin.ꝙ qſ-
9 que iur.Alex.¶†Sed hoc ſecundũ fallit in excommunicato,
vt in.c.j.extra de reſcrip.lib.vj.¶No.tex.ibi, propter impor-
10 tunitatem petentium.¶†Vltimò not.ꝙ valet conceſsio facta
motu proprio principis.Barto.

Additio. Quid autem importat iſta conceſsio motu
proprio, vide plenè p canoniſtas, in.c.ſi mo
11 tu proprio.de præbẽ.lib.vj.Ang.¶†Quæro qd ſi Imperator
in reſcripto dicat, non obſtante tali lege: an valeat? dicit gloſ.ꝙ
ſic, & bene, vt.l.fi.s̈.ſi contra ius, vel vti.pu.¶Quæro, qd vult
dicere tex.dum dicit, hmõi tm̃,&c.dicit gloſ.q.d.talis cõceſsio
12 facta ꝓprio motu: alś non valere, & iſta bona.†Alij dicunt, ꝙ
poteſt concedi aliqua res de bonis vacantibus tm̃, non ipſum
ius occupandi: ſicut præbenda non poteſt concedi: ſed aliqua
res prębẽdę poteſt.hoc non placet: quia etiã ipſum ius poteſt
concedi motu proprio principis: vt habuiſtis.s̈.titulo.ij.l.j.
13 ¶†Item pręebenda & res pręebendæ poteſt concedi ſuperiori
vt patet in toto titulo.extra de pręben.Ille autem cui eſt con-
ceſſa pręebenda, non poteſt eam concedere alteri: quia debet re-
nunciare in manibus ſuperioris: vt.l.legatus.ff.de offi. præſid.
extra de renun.c.ꝙ in dubijs.Rem autem pręebendæ poteſt cõ
14 cedere ex cauſa.¶†Simile in vſufructuario, qui non poteſt cõ
cedere vſumfructum, ſed vtilitatem fruendi, vt.l. arboribus.§.
15 vſufructuarius.ff.de vſufru.& inſtit.de vſufr.§.finiť.¶†Quę-
ro vtrũ intelligatur in dubio cõceſsio facta ad poſtulationem
vel motu proprio? Rñdeo intelligiť facta ad poſtulationẽ, niſi
exprimatur motu ꝓprio.ĩ.c.ſi motu ꝓprio extra de p̃bẽ.lib.
vj.ſecus in cõceſsionẽ, q̃ fieret p.l.vt dixi.s̈.ti.ij.l.j.Bar.

c Additio. De hoc vide Bar.& Alex.plenè in.l.iij.ff.ꝙ
quiſꝗ iur.Itẽ nõ poteſt probari per teſtes, [c]
ꝙ motu proprio fecerit: vt per Angel. in.l.ſi quis iniquum.in
16 prin.ff.quod qſꝗ iur.Alex.¶†Op.gl.ad.l.iſtã de.l.ij.j̃.de lo-
ca.p̃di.ciui.dicit gloſ. ibi, ab alio poſsidebatur.& ſic innuit, ꝙ
hęc lex habeat locũ, qñ bona conceſſa poſsidẽtur p fiſcũ.quod
videtur probari in prin.dum dicit, fiſcus inuaſit.& ſic bona p
fiſcum nõ poſſeſſa, non poſſunt cõcedi etiã motu proprio.Itẽ
in eis, ſi quis poſtularet, non puniretur.Contrarium puto: nam
etiam, ſi fiſcus non poſsideret, non poſſent peti, nec cõcedi ad
poſtulationem, vt.j.l.proxi.quæ generaliter loquiť: ſed ꝓprio
motu principis

motu principis possunt concedi, etiam si non possiderentur: vt. s. titul. ij. l. j. Non ob. contraria lex: quia ibi loquitur in locatione, quæ fit respectu mercedis: ideò non debeat auferri possessori volenti soluere mercedē congruam. hic loquitur in largitate, seu donatione, quæ fit respectu meriti: quæ non cadit æquè in possessorem, sicut in alium. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Leges Codicis non continuantur.*
2 *Maior si punitur, multò fortius punitur & minor.*
3 *Operam dantes rescriptis illicitis, puniuntur.*
4 *Notarius scribens contractum illicitum, qua pœna puniatur?*
5 *Præbenda quæ est consueta concedi, potest impetrari.*
6 *Dispositio huius. l. quòd non corrigatur per authē. bona damnatorum.*
7 *Statutum positum in uolumine statutorum, est maioris efficaciæ, quam statutum extrauagans.*

¶ LEX. II.

Omne. ¶ Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiscum siue fiscales. & impetrans & officiales curiæ Principis, qui in his impetrationibus operam dant, vel scribunt, legitimè puniūtur. h. d. Primò prohibet impetrationem in genere. Secundò enumerat quasdam personas, de quibus videbatur magis dubitare. Tertiò punit officia les talibus rescriptis consentientes. Vltimò lex ista extenditur ad alias res fiscales. Secunda ibi, & si intestatus. Tertia ibi, sed vir. ¶ Quarta ibi, sed pari forma. & est lex ista quasi glossa, &
1 declaratio legis precedentis. ¶ † Circa primam partem, quidā habent in principio. l. omne enim. & sic videtur continuari ad præcedentes. Alij non habēt enim. si habent, ponitur incœptiuè. Nam leges. C. non continuantur ad precedentes. dicit glo. & . s. de testib. l. quoniam liberi. ¶ Item ex principio & ex fine collige differentiam inter istam legem, & præcedentem. Nam precedens loquitur de rebus iam incorporatis in fiscum: cum dicitur fiscus inuasit. hic de omnibus tam incorporatis, q̄ non.
2 ¶ Venio ad secundam partem. Ex qua nota, † quòd si punitur maior: multò magis debet timere minor. hoc colligitur ex ver
3 su cum dicit, cū nec illis. ¶ † Venio ad tertiam partem. Ex qua no. quòd officiales, & dantes operam istis literis, vel rescriptis illicitis, puniuntur. ¶ Item not. quòd puniuntur notarij. Simile in. l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanctis ecc. Sed aduertendū: quòd hic non puniuntur pœna falsi: sed alia pœna hic inserta.
4 ¶ † Et sic notarius scribens contractum illicitum, non tenetur
a pœna falsi,[a] nisi in casibus, in quibus est expressum à lege. facit s. de testa. l. iubemus. Adde tex. §. quia verò leonis. in authenti. de non alienā. cū gl. in verbo proferre. & no. per But. & Bald. in. l. iubemus. §. si me. el. j. de sacrosan. eccle. de hoc etiam aliqd per Bal. in rub. de fide instru. in. x. col. in ver. dixi. iij. & in. l. su
5 per chirogapharijs. s. si cer. pe. Alex. ¶ † Venio ad quartā partem. Ex qua colligit glo. argu. quòd præbenda non debet impetrari: quod intellige verum de rebus, quę pertinent ad cameram ecclesiæ Romanæ, vel fisci. Sed prębenda consueta conce di, cū vacat bene potest impetrari, vt extra de præben. & concess. præben. per totum facit. j. de omni agro deser. per totum il
6 lum titu. ¶ † Oppo. ad id, quod in præcedenti particula dicit de publicatione bonorum. authen. vt nulli iud. in fi. & . s. de bono. dam. authen. bona damnatorum. dicit glo. quòd hæc corrigitur per illam authen. Docto. contra: cum hic non damnetur ad mortem ciuilem, vel naturalem. vt hic notatur. ¶ Oppo. ad vltimam particulam in eo, quod dicit, pragmatica iussio. s. de no. co. compo. l. j. §. fin. Sol. dicit glo. ibi erat inserta in corpo-
7 re iuris, & † sic maioris efficaciæ est statutum positum in volumine statutorum, quàm quædam reformatio extrauagans in illa. Est enim maior pręsumptio, q̄ sit facta ad postulationem alterius: fortè, sicut in rescripto. & vidistis. s. eodē. l. proxi. & q̄ dixi in. l. j. s. de bono. vac. Intellige de lege in corpore iuris inserta: aliàs secus: vt hic. ¶ Opp. s. de leg. j. §. fin. Sol. vt in gloss. ¶ Oppo. q̄ in multis casibus admittatur petitio bonorum: nā admittitur petitio hæreditatis, & petitio bonorum possessionis. & si. Solu. in illis petitur iure permittente: hic iure prohibente. Barto.

De his, qui se deferunt. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres non capax, se deferens præmiatur, & an teneatur se deferre statim?*
2 *Mulier in diuisione habet optionem.*
3 *Maior an debeat dare optionem minori.*
4 *Authoritas unius sancti fulcita authoritate testamenti ueteris præfertur cōstitutioni Papali, etiam in decisionibus causarum.*
5 *Hæres non capax institutus punitur pœna, de qua hic, quādo studiosè celat fisco, & fideicommissario.*
6 *Inimicitia, q. cadat in muliere.*
Bannitus qui non habita pace ab inimico ex forma statuti, debet rebanniri, ita debet habere pacem à muliere succedente offenso, sicut à masculo.

¶ LEX. I.

Si cuius. Grauatus tacitè de restituendo non capaci, si se deferat lucratur tertiam: vxor verò defuncti non capax se deferēs lucrat dimidiam: & facta diuisione habebit optionem: occultantes verò legitimè puniuntur. h. d. De materia vide Bald. in. l. senatus. §. senatus. ff. de iur. fi. Alex. ¶ Primò loquitur qn̄ hæres grauatus tacitè de restituendo non capaci, se defert. Secundò quando vxor nō capax, cui debet fieri restitutio defert seipsam. Tertiò punit heredem occultantem. Secunda ibi, q̄ si
1 ab vxore. Tertia ibi, & tunc occultator. ¶ † Ex pria parte no. præmium hæredis deferentis. Secundo not. q̄ debet se deferre statim. ¶ Op. q̄ non statim. d. l. edicto. §. cū autē. ff. de iur. fis. gl. ponit plures sol. Do. tenet vltimam. dic, vt in. l. cōtraria. ¶ Op. & videtur: q̄ debeat lucrari dimidiā, & nō tertiam: vt. ff. de iur. fis. §. cū tacitū. Sol. ibi loquit de fideicōmissario, hic de hærede rogato. Item contra. ff. e. l. senatus. §. senatus. vbi etiam loquitur de hęre. Sol. circa istam materiam distingue, vt ibi plenissimè per Dy. ¶ Venio ad secundam partem & op. ff. de iu. fis. l. cum
2 tacitum. Sol. gl. hic. Tu plenè dic per Dy. ī. d. §. senatus. ¶ † Ex ista parte no. illud, q̄ dicitur. q̄ mulier in diuisionē habet op-
3 tionem. Ex quo dicunt vulgares, † q̄ maior debet dare optionem minori, q̄ est falsum: nisi in casibus, in quib⁹ priuilegium conceditur, vt hic, & . l. ij. j. de meta. aliàs diuisio expediretur officio iudicis: vt insti. de off. iu. §. si familię. & . §. seq. a

Additio. Adde Bar. hic, & . l. pe. C. commu. diui. Sed
b quod maior debeat facere partem minori.[b] habemus authoritatem antiqui testamenti: quia Abraham fecit partem, & Loth elegit. Et idem dicit Augu. vt refert Bald. in dicta leg. penulti. & de hoc est gl. sing. in. c. de libellis. xx. di.
4 secundum do. Abba. in. c. qualiter & qn̄. de accu. quæ dicit, † q̄ dictum alicuius sancti fulcitum authoritate veteris, vel noui testamenti, præfertur constitutioni Papali, etiam in decisionib⁹ causarum: secus si cessaret lex diuina: quia tunc decisio Papa-
c lis pfertur dicto cuiuslibet sancti:[c] q̄a Papæ, & non sanctis fuit data potestas legis condendæ. alleg. no. in. c. mandata. de psum. b Legistæ tamen tenent communiter opi. Bar. & respondēt ad c. j. de parochijs, quòd loquitur in dispensatis: vel, quia est speciale fauore fidei. Sed fortè secundum moder. in. d. c. qualiter. c nulla dictarum solutionum est bona. & ideo fortè contrarium posset teneri: cùm non reperiatur pro opin. iuristarum decisio clara. reliqua scripsi post Bal. in dicta leg. pe. Adde quod idem dicit Bald. in leg. secunda. j. quam. & quibus quar. pars debet. licet Barto. contra in. l. iij. s. communi diui. Alexan. Adde Bal. in leg. si minor. C. communi diuidundo. qui tenet illud, q̄ Bar. hic. Idem tenet ipse in. l. procur. C. de eden. ibi, modus. p̄ quo facit. lex. cum quis. §. fi. de naturali. libe. Bald. in. l. suus quoque d de hęre. insti. tenet contrarium, dicens: q̄ imò iuniori danda est electio. Io. an. in. c. j. de parochijs. post Hosti. dicit, q̄ senior facit partes, iunior eligit, & hoc sequitur Bal. in. d. l. si minor. Ange. verò in. l. sancimus. C. de don. dicit consuetudinem seruandam. vide Bar. in. l. ij. s. quando & quibus quarta pars qui tenet idem, q̄ hic. Contrarium tenet. d. Flo. in. l. arbiter. fami. er. Ale.
5 ¶ † Circa vltimam partem quęro, quando hęres puniatur pœna hic posita. Rn̄deo, qn̄ studiosè cęlat fisco, & fideicōmissario q̄ patet ex tex. dum dicit fisci & mulieris inimicus. Barto.
6 Additio. No. † tex. ibi, pariter inimicus, q̄ inimicitia ca
d dit in mulierem.[d] Et ideo si statutum dicit, q̄ bannitus non habens pacem ab inimico, debeat rebanniri: ita debet habere pacem à muliere succedente passo iniuriam, sicut à masculo. Nec obstat in lombarda, vbi dicitur q̄ ī muliere nō cadit inimicitia, nec portat arma: quia dico inimicitiam dupliciter posse considerari. Vno modo, prout inimicitia concernit rancorem animi inimicantem: & isto modo sic cadit inimicitia in muliere, sicut in masculo. & ita loquitur hic. Alio modo, p̄ut respicit, & concernit aliquos actus extrinsecos viriles: prout est arma portare, & vindictam de inimico petere, & facere. & hoc non competit mulieri post cessas voluntates. & ita loqtur lombarda. Angel.

a ¶ Et sic notari⁹ nō tenet pœna falsi. Adde, q̄ licet hoc q̄ hic dicit, sit verū ponit tn̄ alia corpalis pœna. ita no. iste ī. l. iubemus. s. de episco. & cle. & Bartol. in. l. ij. s. de eunuch.

b ¶ Minori. adde. Lu. Pō. ī sing. ver. diuino.

c ¶ Sancti. Vide tu ad hæc not. p Feli. in. c. ne innitaris. de cōst. post prin. ī ver. ī tex. ibi sanctorū. cū pluribus sequent.

d ¶ In mulierē. Tu ad hoc, vide feli. ī c. oporteat. ī. iiij. colū. ī fi. vers. nunq d autē. de accu.

Si libera. impe. so. sine hærede deces. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Decedere sine hærede, quando quis intelligatur? ubi q. in feudis sine filijs.*
2 *Ius accrescēdi, an habeat locum in dispositionibus inter uiuos, & ante emolumentum quæsitum?*

¶LEX. I.

IVbemus. ¶Inter ſocios imperialis
liberalitatis factę etiam in
ter uiuos.eſt locus iuri accreſcēdi,etiam poſt
dominium vtrique quæſitum . hoc dicit.
1 ¶†Quæro,quomodo intelligatur quis dece
dere ſine hærede? quidam dicunt ſine hære-
de:id eſt ſine filijs:vt.l.ex facto.in fine.ff.ad Trebellia.Alij di-
cunt:quòd ſine hęrede largè,vt.l.j.&.l.vacantia.s̈.de bon.vac.
Tu dic de hoc debere perpendi ſecundum qualitatem rei,quę
conceditur.Nam ſi concederetur feudum , intelligeretur ſine
hærede.i.ſine filijs.In alijs rebus,quę ſui natura transferuntur
ad hæredem,accipimus largè.& dixi in.d.l.ex facto,ī fi.Adde
quod dicitur per Bar.in.l.vt iureiurando.de oper.libertorum
& docto.ibi.Imol.in.l.ex facto.§.fina.& adde Bal.in. c.j.in.ij.
colum.de alic.feud.vbi intelligit per illum text.ſine filijs ma-
2 ſculis.& rationem aſsignat,vt ibi per eum.Alex.¶†Opponi.
quod in diſpoſitionibus inter viuos non ſit locus iuri accreſcē
a di: vt leg. ſi mihi & titio. [a] ff.de verborum obligationibus.So.
ſpeciale hic ī donatione imperiali.¶Et aduerte:quia ſunt duo
ſpecialia.Primum quod dixi.ſecundum,quia etiam poſt dona
tionem iam acquiſitam vtriuſque,ſi in perſona vnius deficiat,
eſt locus iuri accreſcendi : vt hic quod in alijs non eſt in pro-
prietate.l.j.circa fin.ff.de vſufruct.accreſ.& omnes concordā-
tię quæ dantur hic in gloſſ.circa ius accreſcendi, habent locū
ante emolumentum quæſitum , præterquam in iure patrona-
tus.de hoc dixi plenè in.l.re coniuncti.ff.de leg.iij . Adde Bal.
in leg.prima in principio.in penulti.columna.C.de cadu.tol.
vbi per iſtum tex.dixit idem in feudo conceſſo à Principe , in
quo,eſt locus iuri accreſcendi. quod voluit etiam ipſe Baldus.
in ca.j.de fratre de nouo beneficio inueſt.& in ca.j.de duobus
fratrib.à capi.īueſt.¶Et idem dicit ī feudo à rege conceſſo.&
idem voluit Rapha.& Paul.de caſt.in leg.quod dicitur.de ver
borum obligatio.faciunt not.per Barto,in leg.re coniuncti.in
vltima columna.de leg.iij.Alex.

a ¶Et Titio.Et ibidē ad hoc vide.d. Alex.& Imo.

b ¶Studiosè.Vide Feli.ī.ca.q̄tereà.de iu.ī.iiij.fallen.& in c. veniens circa fi. de ſymo.

c ¶Dñij.Sed an ſemper ſuū dicat & denotet dñiū,vide Feli.in.c.puenit.el. j. de iureiur.& ī.c.j. de ſpō.ī.v.colum. & q̄ dixi ī.d.c.peruenit. ī apoſt. Tu vide oīno An.cor. ſin.ſuis.ī ver.meus incipi. licet verbū me⁹.dixi poſt gul. de cu.ī.l.oīno.nu. j.& ī ver.q̄ tūc habebat.s̈.de epiſ.& cle . dixi poſt, iſtū cōſ.cxxj.inci. ſtatuto ciuitatis Piſanę.& dixi poſt.Cōpoſ.ī.c.j.§.v.ī ver. ſuū denotat dñiū, extra de poſtu.pl.

De theſauris. Rubrica.

¶Glo.continuat rubricam duobus modis.Secunda vera:quia
prima propriè eſt adoptatio ad inferiora,non continuatio : vt
l.ij.ff.de ſtatu homi.Barto.

SVMMARIVM.

1 *Arte magica & ſimilibus ſacrificijs,uti non licet.*
2 *Superfluè impetratur,quòd à iure communi conceditur.*
3 *Sententia,uel contractus,quæ annullatur ipſo iure,quis non debet petere,q̄ annulletur.*
4 *Statutum continens idem,q̄ ius commune,non ualet.*
5 *Studiosè percutere quis dicitur, qui certo propoſito percutit.*
6 *Creditor non poteſt in fundo ſibi pignorato theſaurum quærere.*
7 *Maritus eſt dominus rei dotalis,ſed reuocabiliter.*
8 *Suum: an dicatur ratione dominij directi,uel utilis?*
9 *Dominus directus,q̄n poßit quærere theſaurum in re feudali.*
10 *Caſus in quo dominus non poteſt permittere in ſuo,ut quis operetur, ſcilicet,ut ſi quis in fundo ſuo nomine,& nō domini theſaurum perquirat.*
11 *Violator legis punitur extraordinariè.*
12 *Contemnēs mandatū regis,ubi non eſt certa pœna,punitur extraordinariè,*

¶LEX. I.

NEmo. ¶Quærere theſaurum in pro-
prio omnibus licet.ī alieno ve
rò ſuo nomine nullo mō licet.& ſi theſaur⁹
inuentus fuerit à fortuna , inter inuentorē
& dominum diuiditur hoc dicit.Primò lo
quitur in genere. Secundò in ſpecie: & in
volente quærere theſaurum in ſuo. Tertiò
in quærente in alieno theſaurum.Quartò puniūtur cōtrafaciē
tes.Quintò loquitur in inueniente theſaurum à fortuna.Secū-
da ibi:nam in ſuis. Tertia ibi:in alienis.Quarta ibi:q̄ ſi nobis.
Quinta ibi.q̄ ſi fortè.Ad materiam huius leg . ſi quis aſſerit in
fundo alieno ſe inueniſſe venam ferream, vel lapidum:& vult
videre & ingredi fundum inuito domino:an poſsit?dic q̄ ſic:
quia verſatur publica vtilitas.gl.eſt ī.l.iij.j̄.de metallarijs.quā
allegat Ro.in ſingularibus in litera.T.no.lxvj.ſec⁹ verò ſi pri-
uata vtilitas tantum verſaretur,per iſtum tex.Alexand.Prima
1 pars eſt clara.¶†Circa ſecundam not.q̄ non licet vti iſtis ſacri
ficijs.ad q̄.s̈.de malefic.& mathe.l.j.¶Secundò not . quid eſt
theſaurus propriè loquendo,licet aliquando ſumatur impro-
2 priè:vt in gl.¶†Tertiò not.q̄ ſuperfluum eſt impetrare à prin
cipe,q̄ à iure communi conceditur.facit.ff.ad municip.l.j.in fi.
3 ¶†Et ſic eſt argumentum , q̄ quando.l.annullat contractum,
vel ſententiam ipſo iure,non debet peti à iudice, vt pronūciet
nullum.Quod dic plenè,vt dixi in.l.quæ ſub conditione.in fi.
4 ff.de condi.inſti.& de ap.l.ſi expreſsim.Facit etiam,† q̄ quan-
do ſtatutum continet idem,quod ius commune, non valeat.q̄
tangit Io.an.extra de conſtit.c.j.lib.vj.dixi plenè.ff.ad leg.fal.
l.j.in princip.

5 Additio. ¶In tex.ibi,ſtudio.¶†No.verbū ꝓ ſtatu
tis dicētibus, ſi quis ſtudiosè percuſſerit ali
b quē , in tantū puniatur:q̄ ille dicatur ſtudiosè [b] percutere,qui
percutit certo propoſito.vnde ſi caſu eſſet facta percuſsio,nō
puniretur pœna ſtatuti.Pro hoc eſt gl.ordinaria de his,qui ſe
defe.l.j.in fin.glo.& vide quod no.Bart.in lege prima.§.j.ff.ſi
6 quis teſt.liber.eſſe iuſ.fue.† in gloſſ.ij. ibi , non ergo creditor.
¶Not.q̄ creditor non poteſt in fundo ſibi obligato theſau-
rum quęrere tanquā in ſuo.Remanet em̄ pignus ſemper in bo
nis debitoris:vt.s̈.de pig.act.l.ſi pignus.¶In eadē ibi.§.ſi fun
7 dum. Non ob.l.cum poſt.§.in dotem.de iure dot.†vbi mari-
tus eſt dominus rei dotalis:quia hoc eſt verum,ſed reuocabili-
ter:quia debet reſtituere:vt.d.§.ſi fundum.vt ibi not.per glo.
Dy.& Bar.& dic,vt ibi per Bar.Angel. Statutum nihil addēs
iuri communi non valet.facit quod no. ſingulariter Bart.in.l.
iij.§.ſi rē.ff.de leg.iij.authen.illius gl.vbi dicit , q̄ ſtatutum di-
ctans victum victori in expenſis condemnari : habebit locum
etiam in habente iuſtam cauſam litigandi,vt aliquid addat iuri
cōi:aliâs non valeret ſtatutum,per hic not.& idē firmauit Bar.
in ſuis conſilijs& per Bar.& ibi moderni in.l.properādū.§.ſin
autē alterutra.C.de iud.& per Bart.in.l.iiij.§. prætor ait.in.iij.
col.ff.de damno infect.& no.gl.in.c.j.de conſti.lib.vj.vbi dicit
q̄ ſtatutum continens ius commune,eſt ius commune,non ſta-
tutū.& idem voluit Bal.in.l.ij.in fi.ff.de le.j.& de hoc ꝑ Ang.
& Imo.in.l.ſtipulatio.ver.niſi.de ver.ob.& per Bar.in.l.j.ad.l.
8 falci.& Bal.in.l.j.de ſeruis manumiſ.Alex.¶†Circa iſtam par-
tem quæro,quid eſt dictum in ſuis?gloſſ.intelligit ſuum,ratio-
c ne directi dominij, [c] vel vtilis.

Additio. Intelligo gloſſ.ſecundum Andr.de Baru.de
directo & vtili . Ponitur enim ad differentiā
vtilis tantum, quod continetur appellatione ſui: vt hac gloſſ.
¶Sed nunquid directum dominium ſine vtili contineatur ap
pellatione ſui puta præſcripſiſti longo tempore rei meæ : ego
habeo directum dominium ſecundum veram opi.in authen.ni
9 ſi tricennale.C.de bo.mater.†¶Tu habes vtile. Vel dedi tibi
rem in feudum:nunquid potero,ſicut in meo theſaurum quæ
rere? Andr̄ prędictus vidit hanc arduam quæſtionem de facto
& videtur quod non contineatur appellatione ſui:quia deſijt
habere effectum dominij.Et conſtat,q̄ ille,qui habet vtile po-
teſt vendicare:vt.l.j.§. qui in perpetuum.ff.ſi ager vectig.vel
emph.pe.&.s̈.de pręſcrip.xxx.an.l.ſi quis emptionis. ergo il
le,qui habet directum,non poteſt vendicare: quia duo non ha
bent vendicationem eiuſdem rei.d.l.ſi quis . ergo non dicitur
locus ſuus,quem non poteſt vendicare:vt.d.§.qui in perpetuū
argu.econtra, q̄ ſic , quia poteſt vendicare ab alio poſsidente,
q̄ ab eo,cui conceſsit.ff.de ſuperfi.l.j.§.quod autem.So.Si poſ
ſidente eo,cui cōceſsit,ingrediatur,videtur ingredi locum alie-
num:ſed ſi alio poſsidente,ſecus:vt optimè patet,in.d.§.quod
autem.Angel. ¶De ſignificatione meum ,tuum, ſuum, di-
xi plenè in.l.quintus.§.argento.ff.de auro & argen.leg.Quæ-
ro,quid ſi inueniatur theſaurus in loco ſacro,vel alio loco reli
gioſo?dic,vt in gloſ.¶Quæro quid ſi inuenitur per artem ma
10 gicam?dic q̄ erit fiſci:vt in gloſſ.¶†Circa tertium,not. caſum
in quo dominus non poteſt permittere, vt in ſuo operetur.q̄
alleg . gloſſ.ad quæſtionem in.l.cum fundum.ff. de vi & vi ar-
ma.& ibi vide.¶Item aduerte, q̄ hoc non operatur voluntas
domini,vt alius quærat ſuo nomine,ſed alieno poterit, per cō
ſequens:cum non ſit prohibitum.¶Venio ad vltimam partē:
& circa iſtam partem glo.oppo.vno modo. deinde quærit gl.
de vna quæſtione.dic vt in ea.Bar.

11 Additio. In glo.in ver.legis.¶†No.quòd violator le-
gis punitur extraordinariè: quia non eſt cer
12 ta pœna impoſita contemptoribus.†& facit ſecundū And. de
Baru.ad.q.de qua cōſueuit dubitari, qua pœna afficiatur con-
tēptor mandati regis.Nam mandatū principis,lex eſt genera-
lis , ſi eſt clauſum in corpore iuris,vt in authē.de man.princip.
ſiue ſpecialis in ea re tantum,pro qua mandatum emanat.s̈.de
leg.l.ij.¶Alij dicunt,q̄ punitur pœna capitali:vt.j.de vete.nu
miſ.pol.l.fina.¶Sed illa poteſt intelligi de mandato contem-
pto,in quo continetur certa pœna:aliâs punitur extraordina-
riè Nam

riè. Nam & alibi lex imponit pœnam deportationis: vt. j. de
fun.limitro.l.iij. in fin. Alibi pœna pecuniaria. j. de agen. in
a rebus.l.fina.Angel.[a]

De annonis & tributis. Rubrica.

¶Circa rubricam quærit gl.quid appelletur annona:&quid
tributum.dic vt in ea. Quæ autem differētia ſit inter vectigal
b & tributum,[b]no.gl.in.l.j.§.j.ff.de pub.& ibi dixi.¶Quæ eſt
differentia inter cenſum & tributum.dic vt ibi.¶Item quæ-
rit glo.quotuplex eſt tributum.Item quærit quale,ſeu quan-
tum eſt tributum.dic vt in eadem.Bart.

Additio. Quid eſt tributum.per Bal.in.l.fin.in.j.col.
C.ſine cenſu,vel reliqui.&quod not.Bar.in
l.reſcripto.§.fi.ff.de mune.& hono. Alex.

SVMMARIVM.

1 *Præſtatio annonæ eſt realis obligatio.*
2 *Decimarum obligatio eſt realis.*
3 *Dominus, qui locauit fundum ſuum ad pecuniam, ita quod colonus fructus omnes percipiat pro certo tempore, non tenetur ad tributa: niſi conſuetudo aliter ſe habeat.*
4 *Feudatarius & emphyteota, an teneatur ad collectas? remiſsiue. & nu.6.*
5 *Creditor, an teneatur ad collectas pro pignore?*
7 *Collecta quando imponitur perſonæ pro rebus, inſpicitur perſona, cui imponitur.*
8 *Onus collectarum ſubit, qui fructus recipit.*

¶LEX. I.

AEs quidem. ¶Onus ęris alieni eſt perſona
le: & ideò inter hæredes diui-
ditur pro hæreditarijs portionibus. Onus annonæ
& tributorum eſt reale: prout quis poſsidet, & fructus perci-
pit, oneratur. hoc dicit. Ex ſummario habes legis rationem.
1 ¶†No. quòd præſtatio annonæ reſpicit res, & ſic videtur,
quòd ſit obligatio realis, & non perſonalis. quod dic, vt in.l.
Imperatores.ff.de publi.vbi gl.tangit.
2 Additio. †¶Quid de decimis? dicit An. de Baru. ꝙ
reſpiciunt res: quia dicũtur eſſe tributa egē
tium pſonarum.xvj.q.j.decimæ.& ideò quod in tributis ſer-
uatur, & in his teneas. Ang. Quærit gl. quid ſi poſſeſſor non
3 eſt ſoluendo? dic vt in ea. ¶†Vltimò gl.no.ex hac.l.mirabili
ter, quòd ſi aliquis locauerit fundum ſuum in pēſionem per-
cipiendam in pecunia, ita ꝙ fructus omnes remaneant apud
c colonum, ꝙ dominus ad tributa non tenetur:[c] niſi conſuetu-
do aliter ſe haberet. vide gloſ. ſuper verſ. fructus. & eam per-
petuo tene menti. Bar.

Additio. Caſus eſt in.l.ſi ſine hęrede.§.Lucius.ff.de
admi.tut.Ale. Adde Bart.in repe.l.placet
C.de ſa.ſan.eccl.& in.l.priuatæ.j.de excu.mu.p Bal.in.c.j.per
quos fiat inueſti. Quod etiã intellige dato, ꝙ dñs eſſet exem-
ptus ratione priuilegij, vel alia cauſa, ſecũdũ Ang.in cõſ.inci-
piēte, cõmune caſtri franchi. eſt vltima.& ibi voluit, ꝙ licet ec
cleſia nõ teneatur ad collectas pro ſuis poſſeſsionibus: tamen
laicus poſsidēs dictas poſſeſsiones etiã ab eccleſia, nõ gaudet
dicto priuilegio eccleſię. Cõtrariũ voluit ad literã Bald.in.l.j.
in.j.colla.vel.ij.C. de iure emphy.vbi voluit, ꝙ emphyteota
teneatur ſoluere collectas, & tributa. ꝙ tamē dicit eſſe ſecꝰ in
colono priuilegiato, per.l.ſi pēdentes.§.ſi quid.ff.de vſufruc.
Et in fructuario adde tex.per Bal.in.l.hactenus.ff.de vſufruc.
qui tex.licet loquatur in tributis do. tamen ibi intelligũt etiã
in collectis & datijs. Et adde vnũ cõſilium Bal. ꝙ eſt in nume-
ro.xxvj.quod incipit, an muliere &c. vbi etiã dicitur, ꝙ fru-
ctuarius & ſimiles poſſeſſores non tenētur ad collectas.&ad-
de quod no.Bar.& ibi ſcripſi in.l.licitatio.§.fi.de public, Ale.
Et hoc verum in oneribus realibus, Bart.
4 Additio. †Quid autē in feudatario: an teneatur ſol-
d uere ipſe collectas?[d] vide Bal.ĩ.c.j. p quos
fiat inueſt.&vide And.de Iſer.ĩ ti.q̃ ſint regalię.in ver.Anga
e rię.¶Quid in emphyteota[e] & colono? vltra hic no.vide Bal.ĩ
5 l.j.in.j.co.de iure emph.¶†Quid in creditore pignoris, vide
6 Bal.in.l.cũ notiſsimi.ĩ.iiij.col.C.de pręſcri.xxx.an.†¶Quid
in emphyteota eccleſię, vide Bal.in.l.priuatę.j.de exc.mu.Itē
7 ad hoc vide Bar.in.l.quæſitũ.ff.de vſufru.leg. Alex.¶†In col
lectis verò, q̃ imponũtur pſonę pro rebus eſt inſpicienda pſo-
na, cui imponitur.l. reſcripto.in fi.ff.de mu. & ho.&.j.e.l.in-
dictiones.& ibi no.&.j.de mu.pa.ſup rub.ſic iſtud diuidit̃ in-
ter heredes p hęreditarijs portionibus: vt in prin.huiꝰ.l.Bar.
8 Additio. †Onus collectarum ſubit, qui fructus re-
cipit.l.ſi pēdētes.§.ſed ſi quid.ff. de vſu-
fruc. Vide Lu.in.l.inter quos.§.damni. de dam. infe. Et adde
quòd pro hoc dicto videtur caſus in.l. ſi ſine hærede.§.lucius
ff.de admit.tut.

¶LEX. II.

INdictiones. ¶Ad onera realia non te-
netur quis in plus, quam de
re poſsideat.h.d.Gloſſ.hîc dicit, ꝙ triplex eſt genus
munerum.quod videbitis plenius in rubr.j. de mu. pa. ſuper
rub.ideò hic aliquid non dico.

SVMMARIVM.

1 *Officiales nõ poſſunt remittere collectas: tamen propter paupertatem ſic.*

¶LEX. III.

OMnes. ¶Omnes debēt ſoluere, ꝙ princeps
imponit: & officiales nõ poſſunt au-
1 gere, vel diminuere.h.d.¶†Not.ꝙ officialis nõ po
teſt remittere collectas, ſiue tributa.circa ꝙ dic, vt
in.l.fi.§. ſi qs pfeſſus.ff.de public. ¶Vltimò no.gl.quę dicit,
quòd officiales ppter paupertatē poſſunt remittere. quã gl.
no.bene.Bar.Officialis propter paupertatē poteſt collectam
remittere.Idem Bal.in ſuo tractatu de carceribꝰ, in quarta col.
per gloſſ.iſtam.hìc adde text.& ibi Barto.in.l.interdum.§. ſi
quis profeſſus.ff.de public.& ſcripſi in.l.filiuſfamili.in prin-
cipio.de donatio. Adde etiam de mulcta per iudicem remit-
tenda propter paupertatem.l.illicitas.§.fina.de offic.præſid.
& Bartol.in ſuo tractatu de iudi.in vltima col. & quod dixit
Bal.in.l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut.vbi dixit per hanc
gl.& per.c.licet.de cēſibus.ꝙ ſi ſtatutũ dictet appellãtem de-
bere ſoluere gabellã, aliâs appellatio ſit deſerta, ꝙ nõ habeat b
locũ in illo, q appellat paupertatē nõ poteſt ſoluere: quia dici
tur ei remiſſa gabella ipſo iure à ſtatuto. & ita dicit de facto
obtinuiſſe. Sed quid ſi remiſſa eſt mulcta per officialē, & po-
ſteà peruenit ad pinguiorē fortunã: an teneatur ſoluere? vide-
tur quòd ſic, per id quod habetur in.§.fi.Inſti.de acti. Cõtra-
rium determinat glo.& ibi Bart.in.d.l.illicitas.§.fin.& ſequi-
tur Aretinus in.l.ij.ff.quis & à quo. Et adde etiam vnũ quod
dixit Bald.in.l.acceptã.C.de vſuris.ꝙ ſi ex forma ſtatuti non
ſoluēs gabellã ex cõtractu: ꝙ cõtractus ſit nullus: quòd cõtra-
ctus nõ annullabitur, ſi nõ potuit ſoluere ppter paupertatē.
Et in materia adde Inn.ĩ.c.ex ratiõe.de app.vbi dixit, ꝙ pau
pertas excuſat à pſecutione appellationis: & ſic nõ currũt fa c
talia.ꝙ ſequitur Bal.in.d.l.acceptã.in.xxiij.q.Cõtrariũ tenet
idē in.l.fi.C.de cõdi.inſer.p gl.in.l.cũ ita.in prin.la.ij.de cõdi.
& demon.Itē adde Ang.in.l.nõ facile.ſi cui pluſq̃ p.l.fal. vbi
remittitur reo cautio de expēſis, in cauſa recõuētionis ppter
paupertatem, ad quam aliâs tenebatur ex forma ſtatuti. Alex.

SVMMARIVM. d

1 *Munus ordinarium eſt, quod à lege imponitur.*
2 *Fidelis & deuotus dicitur, qui tributa ſoluit.* e

¶LEX. IIII.

OMnes. ¶Omnes cogũtur ſoluere publicas fun
ctiones: cum non ſit munus extraordi-
narium: & ab eo nemo excuſatur. ¶Ad euidentiam
ſcias, quod ſi alicui cõceditur excuſatio à muneribus, nõ por-
rigitur ad munera ordinaria, ſed extraordinaria. hoc pręmiſ-
1 ſo caſus eſt planus, ¶†No. ꝙ munus ordinarium eſt quod à
lege imponitur: vt hìc, dum dicit. l. noſtra, ſignatum eſt &c.
2 ¶†Secundò nota, quòd ille dicitur fidelis, & deuotus, qui tri-
buta ſoluit. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Comitatenſes, qui plus diſtant, minus grauantur.*
2 *Victualia de illa prouincia, in qua eſt ubertas, debēt ad prouinciam, in qua propter guerram non eſt abundantia, portari.*

¶LEX. V.

PRo locis. ¶Qui plus de fructibus colligit,
plus ſoluit: qui minus, minus.h. d.
¶Quæro, quid eſt hoc dictum pro locis? gloſſ. ex-
ponit, id eſt, pro magnitudine locorum.q. d. ille qui poſsi-
det magna prædia, plus debet portare, quàm ille qui poſsi-
det parua. & intellige magnitudinem reſpectu redituum: vt
l.fi.§.de allu. & palu.iuncta.l.j.de euic.&.l.cũ poſſeſſor. ff. de
cēſi.¶Quęro dicitur hic, proximitate. quid eſt hoc dictũ. glo.
dicit, qa ſunt prope limina. hoc vult dicere vt illi, q ſunt pro-

a ¶Adde poſt not. hic ne fallaris, ꝙ iſte titulꝰ nõ habet locũ in theſauro ĩ pecunia aurea, vel argētea effoſſa: qa improprièdicitur theſaurus. de quo in.l.peregrè.alſ eſt l.Pomponiꝰ.ff.de acq.poſ.& ĩ.l.theſaurꝰ.ad exhiben.& oĩno p An.are.in.§.theſauros.in fin.inſt.de re.diui. quē refert & ſequitur Gerar. de petra ſancta, ſingul. ſuo.xcv.inci.tenementi &c.

b ¶Et tributum.ad ꝙ vide Felin. in.c. ad audiētiã. de pſcri.in.vij.co.vide iſtũ in.l. placet. & ibi do. meum Iaſ. ſ.de ſac.ſanc. eccl. Panor. in.c.quod clericis.ad fin. extra de fo.comp.& in.c.j. & .ij. extra de cenſi.

c ¶Nõ tenet̃. adde no.d.Soz. in cõſi. ccxvij. inci. circa hanc.q.ver.vj.hęc cõcluſio. in.ij. pte char.xciij.

d ¶Collectas. vide do.Ale.de Imol.ĩ cõſ.xxv.ij. parte.

e ¶In emphyteota. vide do. Sozino.in conſil.ccvij. inci. circa hanc.q. ver.hæc cõcluſio. cũ ver. ſeq. & ver. v.cõfirmatur. Sed quid de illo, q habet ad liuellũ. de xxviij.an.ĩ.xxix. qui cõtractus nõ differt à contractu emphyteuſis, ver. ex quibus omnibus.in fi.conſi. in ij.parte char.xcij.

pe limina, qui minus grauãtur in expẽsis itineris, plus grauãtur in portãdo annonam. & illi, qui magis distãt à liminibus: quia plus grauãtur in expensis itineris, releuantur, vt minus
1 portent annonę. † Quod est notãdum pro grauaminibus, quę tota die inferuntur comitatensibus, vt minus grauentur, qui plus distant: vt sic ab onere itinerum releuentur. nunquã tamen quis cogitur exire prouinciam: vt. j. eo. l. nemo. Bart.

2 **Additio.** † Allegatur iste text. ꝙ si sit guerra in aliqua prouincia, propter ꝙ sit oppressa victualibus: & in alia sit fertilitas & abũdãtia. ꝙ ex illa, in qua est vbertas debẽt victualia ad aliã portari. facit. C. de offi. præfe. prẹto. affri. l. in nomine dñi. ibi, postq̃ legis auxiliũ pbeant. & quia tẽpore necessitatis omnia debẽt cõmunicari. ff. ad le. Rhodiam. de iac. l. ij. §. sed & si. & in. d. l. in nomine domini. Ang.

¶ LEX. VI.

IN fraudem. ¶ Pręscriptum, in quo immunitas conceditur à muneribus ordinarijs, non valet. h. d. De hoc videtur in l. euacuatis. j. de decurionibus.

¶ LEX. VII.

NEmo. ¶ Ad operandũ, vel portandũ, nõ debet quis lõgius mitti: sed debet ratio itineris adhiberi. h. d. ¶ In tex. ibi: ad instruẽdas. i. reficiẽdas, seu de nouo faciẽdas mãsiones, vel castra. ¶ In tex. ibi: conferendas. i. portandas. ¶ In text. ibi: delegentur. i. mittantur. ¶ Quęro, quid est hoc dictũ lõgius? dicit gl. j. i. extra puinciã. ꝙ facit ad id, ꝙ no. in. l. itẽ illa. ff. de cõsti. pe. videlicet, an creditor & debitor sint eiusdẽ fori, vel nõ. & ibi Gul. alleg. l. istã. Vel dic longius, quando expensa itineris est maior, q̃ sit valor eius pro quo vadit: vt. j. l. proxi. Illud autem ꝙ in fi. dicit, habita ratione itineris: expone, vt. s. eo. l. pro locis. Et illud ꝙ dicitur hîc necessitatis. intellige, quando aliter fieri non poterit etiam longius mittitur.

SUMMARIUM.

1 *Tributum debens, illud portat suis expensis.*
2 *Tutori non imputatur, si non exigit debitum, in quo oportebat eum plus expendere, quam id quod perciperet.*
3 *Idem, si non fecit inuentarium, quando plus expenderet in eius confectione, quam esset utilitas. nu. 3.*
4 *Breuiores lites dicuntur, quando plus expenderetur in scripturis, quam sit ualor causæ.*
5 *Testes non debent citari ad locum iudicij, quãdo plus expẽderetur in eũdo, quam sit ualor causæ: sed nunc iudex delegat examinationem.*
6 *Recursus ad superiorem non potest haberi, quando plus expenderetur in habendo recursum, quam sit ualor causæ.*

¶ LEX. VIII.

MEditerraneæ. ¶ Nõ est faciendum id, in quo pl⁹ expẽditur, quàm de commodo percipitur. h. d. Bar.

1 **Additio.** † ¶ No. hîc, ꝙ si debeo tributum, debeo portare ad domum tuam meis sumptib⁹. Adde ad hoc not. in. l. pro locis. s. e. & Bal. in. l. acceptã. i. xij. q. s. de vsur. ꝙ no. Bart. in. l. itẽ illa. de cõsti. pe. & vide. s. l. proxi. Alex. Circa hãc. l. vide ꝙ no. Ant. de bu. in. c. ij. de dila. vbi ponit de eo, qui equum posuit in hospitio. Ale. ¶ Ad euidentiã scias, quod mediterraneæ ciuitates dicũtur illæ, quę sunt propriè in terra multum distantes à mari. Ciuitates maritimæ dicuntur illę, quæ sunt propè mare. Item scias, quòd antiquitus erat consuetudo, quòd ciuitates mediterraneæ mittebant annonas ad fortilicias & exercitus, q erãt iuxta ciuitates maritimas. Et econtra ciuitates maritimæ mittebant ad mediterraneas, & sic plus expẽdebatur in portãdo, q̃ valeret id, ꝙ portabatur: ideo Princeps phibet hoc fieri. hoc pmisso ista. l. est clara. ¶ † No. quod dixi in summario: & facit ad multa. primò quòd non imputatur tutori, si non exigit debitum, in quo oportebat eum plus expendere, quàm idem perciperet. Bar.

Additio. Vide omnino. l. sed an vltro. ff. de nego. gest. Alex. ¶ Vel si non refecit domum, in qua plus expendisset, quam valeret. Bart.

3 **Additio.** Vide Ang. i. l. si vacãtia. de bo. vac. i. xj. co. Ale. † Et si nõ fecit inuentariũ eo casu, in q pl⁹ expẽderetur in cõfectione eius, q̃ esset vtilitas: vt. l. tutor
4 qui repertoriũ. in pri. ff. de admi. tu. ¶ † Itẽ ex hoc põt dici, ꝙ illę dicãtur breuiores lites, in qb⁹ debet pcedi sine scriptis, &
a summariè.[a] in aut. nisi breuiores. s. de sentẽ. ex breui. reci. i. qñ pl⁹ expendit in scripturis, q̃ sit valor causæ. Not. & intellige hoc verũ, si ponatur: qa si postea non cõcederetur, iusta esset appellationis causa. c. cum causam. c. j. & ita ibi firmat. d. Pe. de testi. facit. l. cũ post. §. & tamẽ. de appella. & c. anterior. ij. quæstione. vj. c. constitutus. de fideius. & c. statutum. §. si. de rescrip. in sexto. Idẽ firmat dñs Pe. in. c. finẽ litibus. vbi bon⁹ tex. de dolo & contu. facit. c. vt litigantes. de offi. ordi. in. vj.
5 Alex. ¶ † Item iudex non debet facere citari testes ad locum iudicij, qñ tantum distat, ꝙ plus expẽderetur in eundo, q̃ sit valor causæ. arg. huius. l. sed tũc iudex debet delegare examinationẽ generaliter. §. his de pręsentibus. s. de iureiu. & de fi-
6 de. instr. apud eloquẽtissimũ. † ¶ Itẽ facit, ꝙ si in habendo recursum ad superiorẽ expenderet plus, q̃ sit valor causæ: tũc nõ dicitur posse haberi recursus. ¶ Et sic represaliæ pñt impetrari. ꝙ plenè examinaui ĩ tractatu, quẽ feci de represalijs.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteota & similes, si non soluunt tributa, à domino exigitur: & dominus potest emphyteotam suo iure priuare. & an propria authoritate? in additione.*
2 *Possessor intra sex menses potest moram purgare.*
3 *Fructus non percipiens in defectum possessoris, tenetur ad tributa.*
4 *Ecclesia tenetur ad tributa.*
5 *Tempus quando debeat esse cessatum à tributis, ut bona poßint uendi? remißiuè.*

¶ LEX. IX.

o Bsistere. Legitur tribus modis.

Additio. Præmitto ad euidentiam hui⁹. l. quod no. gl. in. l. ij. in ver. pstiterit. s. de iure emphy. ¶ Diuiditur in duas partes. Et primò ponit dictũ in genere. Secũdò declarat in specie. Secunda ibi: vnde, vt quisq;. Ang. ¶ Secundũ primam lectu. h. d. Si vtiliter dñs intra tẽpus hic statutũ, non soluerit tributa, dñio priuat: & ad habentẽ directum dominium reuertitur. h. d. ¶ Secundũ aliam lect. h. d. Si exactores intra tẽpora hęc statuta, nõ soluũt fisco, domini repetũt ab eisdem. h. d. Ista lectura nõ placet. Nam text. hic loquit de his, qui recipiunt emolumenta de prædijs. exactores non recipiunt à prædijs principaliter, sed à possessorib⁹, qui postea soluẽtes sunt securi. l. ij. j. de apo. pu. & sic nihil habent facere cũ exactoribus. sed fiscus habet ab ipso exactore recepta exigere, vt. j. ti. iij. l. pe. ¶ Secundũ tertiam lec. h. d. Si emphyteota, vel similes intra tẽpora hic statuta, nõ soluũt fisco,
1 à domino exigetur. h. d. ¶ † Quęro q̃ est verior lec. gl. videtur tenere istam lec. dum dicit, vel verius. vel coniunge vltimam cum prima, hoc modo: emphyteota & similib⁹ nõ soluẽtib⁹ exigitur à domino: & dñs poterit emphytheotam, suo iure priuare. Hęc lect. approbat in simili in. l. hoc amplius. §. fi. de dam. infe. & ff. de noxa. l. si noxale. hæc gl. vltima videt eam tangere. Barto.

b **Additio.** Sed nunquid sua authoritate poterit hoc facere?[b] glo. in. l. ij. s. de iure emphy. dicit ꝙ sic: tñ melius faceret, si per iudicem fieri faciat: qa aliâs esset periculosum. patet: qa emphyteota habet ius ĩ re, & possidet licet in colono simplici possit: qa nõ habet ius in re. ff. loca. l. nõ solet. Hoc etiã quidã moderni tãgũt, vt tãgit Cy. in. d. l. ij.
2 in. q. iij. Ang. ¶ † Not. ex. l. ista, ꝙ possessor põt purgare morã intra sex mẽses. Cõtra istud opp. glo. j. de ero. mi. annu. l. v. Sol. hic, quo ad priuatũ: ibi quo ad fiscũ. Vel dic, ꝙ alio casu
3 loquit ibi. ¶ Opp. j. ti. iij. l. fi. So. vt ibi dicam. † Secundò not. ꝙ etiã ille qui fructus non percipit, cõpellit ad solutionẽ tributorũ. cõtra. s. e. l. j. Sol. nõ cõpellit secundũ regulã ordinatã sed condictione ex. l. ista, in defectum possessoris, q percipit fructus, & non soluit. tene menti hanc. l. Bar.

4 **Additio.** In gl. in verbo, dignitatum. † Et per hoc no. ꝙ ecclesia tenetur ad tributa. ꝙ cõcedit. Pe. etiam de iure isto, per. l. placet. s. de sacros. eccl. & l. sacrosan. vbi ponit speciale priuilegiũ illius ecclesiæ: ergo in cõtrariũ est ius commune. de hoc per Cy. in. d. l. placet. in. q. j. Ang.

5 **Additio.** † Quãtũ tẽpus debeat esse cessatũ à solutione tributorum, vt bona possint vendi. glo. Cy. & Bal. in. l. j. s. si propter publi. pensi. Ang.

SUMMARIUM.

1 *Iudici negligenti non debetur salarium, saltem pro eo tempore, quo fuit negligens.*

¶ LEX. X.

IUdices. ¶ Iudicibus negligẽtib⁹ totũ salariũ aufertur. h. d. ¶ † Not. hic contra iudicem negligentẽ. Et sic videt casus de illa. q. quã Iac. de Are.

a ¶ Et summariè. vide Petr. de besu. in. l. sed si susceperit. §. si libertus. ff. de iudi. & Spe. in tit. de fur. ver. sed quid si nauta. & de libel. conce. §. decimò. versi. iij.

b ¶ Facere. Vide tu latè & no. per do. Sozi. ĩ cõs. clxvij. inci. non inutilis, sed necessaria. ver. cõfirmant pmissa. & ver. circa primã plures. cum versi. sequen. in. ij. parte charta. xxxij. vbi etiã quibus actionibus & remedijs breuiorib⁹ & magis summarijs possit p dñm expelli ibi: ĩ vers. circa tertiã q̃stionẽ principalẽ. cũ ver. seq. Et an reqratur libell⁹ solẽnis, aut qualisqualis petitio ibi: in vers. via aũt breuiter. & an & quãdo pro ei⁹ expulsione impetrãdo officiũ iudicis, reqratur citatio, & corã quo ibi: in versic. ij. an in tali impetratione. cũ versicu. seq. chart. xxxiij.

n.° 2.° v.° villadiego in l. cap. 7. n.° 61. in fine

de Are. ponit in.l.quid autem.de excusa.tu.&.l.Meuia.ff. de ann.leg.&.l.qui negotiationē.§.j.&.§.penult.ff.de admi. tut. videlicet, ꝙ iudici delinquēti non debeatur salariū. Quod intellige, quādo istud delictū negligentiæ respicit vniformiter, & concernit totū tēpus officij: aliàs pro eo tēpore, quo negligēs nō fuit, sibi salariū debetur.l.si fundus.ff.loca. dixi in.d.l. Meuia.§.j. Et dic hoc speciale propter magnum periculū, ꝙ vertitur in negligendo exigi tributa: quia publicæ necessitates expediri non possunt.in.l.obsistere.s.eodem. & in auc. vt iud.sine quoquo suffra.§.oportet.Bar. Adde Bar.in.l.Meuia. in prin.de annuis le.& in.l.diē functo.de offi.assessorū.Alex.

SUMMARIUM.

1 *Assertioni possessoris de ualore rei credendum est, quando fit æstimum, propter collectas.*
2 *Compositio super tributis soluendis, quòd poßit fieri cum soluere debentibus, propter paupertatem.*
3 *Tutor & curator, an poßint se componere cum debitoribus pupilli pauperibus, ut minus soluant.*
4 *Limitatio ad.l.pactum curatoris supra de pactis.*
5 *Compositiones pro tributis sunt seruandæ.*
Presbyteri parochiarum possunt se componere cum parochianis super solutionibus decimarum.& nu.7.
6 *Grauari, quòd dicatur ille, cuius fructus suæ possessionis ad inspiciēdum mittitur.*
Iudex, qui sine causa facit descriptionem bonorum meorum, dicitur me grauare.
7 *Compositio facta pro annuis præstationibus, uel tributis certo modo soluendis, intelligitur facta in perpetuum.*
8 *Illicitum non debet fieri prætextu liciti.*
Clerici morantes in studio, si ex priuilegio habent fructus beneficij: illos non habent, si non intrant scholas.

¶ LEX. XI.

Id ab vna. ¶ Compositio facta cum subditis de tributis, est seruanda. Itē Thessalonicensis ecclesia habet immunitatē, dum tamen extranei ecclesiæ ipsius prætextu à præstatione non fugiant. localis lex est. ¶ Ad euidētiam scias, ꝙ erant quædam prouinciæ in Græcia: quæ debebāt soluere tributa, secundum quantitatem redituum, qui percipiebantur ex prædijs, propter ꝙ mittebantur officiales ad inuestigandum reditus, ex quo illi possessores multum grauabantur: vnde venerūt ad compositionem cum præfecto illarū prouinciarū, ꝙ soluerent mediū aureum pro quolibet capite. & hoc fecerunt Macedonij: & iubet hoc eis seruari. Aliæ prouinciæ quę se non cōposuerūt, exigātur. Ad similitudinem Macedo.quędā aliæ cōposuerūt se pro tertio aureo: & eis est seruanda. cætera sunt clara.

1 Additio. †Ex hoc colligo argu. cum fit æstimatio propter collectas, est credēdum assertioni cuiuscūque. nec ꝓpterea est mittēdus, qui eorū facultates estimet.arg.s.de bo.va.l.fi. ¶ †Not. propter paupertatē debētis
2 soluere tributa, posse fieri cum eo cōpositionē. facit in auc. vt
3 iudi.sine quo.suf.§.eos.& hoc no.gl.s.e.l.iij.†Et sic facit ꝓ tutore & curatore, vt possint se cōponere cū debitorib⁹ pupillorū pauperibus, vt minus soluāt, non obstāte, ꝙ debitū sit liquidū.& hoc modo limitatur.l.pactū curatoris.C.de pac. quę dicit tutorē, vel curatorē pupilli nō posse debitū pupilli gratis remittere: qa intelligo vbi debitor est soluēdo: sed vbi pauper est: potest se cōponere pro parte, & facere remissionem de toto.ar.huius.l.faciet tamen debitor in instrumēto quietationis apponi & inseri causam, quare pro parte recepta tutor, vel curator eum liberauerit à toto: aliàs non valeret: vt no.in.l.j.j.
4 de apo.pu.& ibi posui. Ang. ¶ †No. quòd dixi in summario, ꝙ istæ compositiones pro tributis, sunt seruandæ. Bar.

Additio. ¶ In tex.ibi, ex peten. ¶ No. ꝙ potest fieri cōpositio de functionibus & alijs tributis
5 †Et sic facit ꝓ p̄sbyteris parochiarū: vt possint se cōponere cū suis parochianis super solutione decimarum. ¶ In tex.ibi,
6 inspector accedat. Not. † ꝙ dicitur quis grauari, si vadit aliqs ad inspiciēdū fruct⁹ suę possessionis. & sic facit, ꝙ si imploratur bonorū meorum descriptio sine causa, ꝙ iudex nō debet hoc facere: qa ex hac descriptione ego grauor. & hic est casus, pro quo in.l.j.§.si omnes.de ven.inspi. Si verò fieret cum cau.
7 tūc est faciēda: vt dixi.s.de iure fis.l.facultas. ¶ †In tex.ibi, in ꝑpetuū. No. quòd cū sit cōpositio pro annuis p̄stationib⁹, vel tributis certo modo soluēdis: ꝙ intelligit̄ facta in perpetuū, si
8 simpl̄r facta est. Et sic p̄sbyteri† parochiarū se cōponētes cum parochianis sup p̄statione decimarū, quousq; erūt presbyteri, nō poterunt vltra modū cōpositū decimas petere. Ang. ¶ Ex fine not.ar.cōtra clericos & scholares, vel alios habētes immu-
b nitates à gabellis, qui prętextu eorum alios excusant.[b] Bart.

9 Additio. †Et sic no. ꝙ ꝓtextu liciti, nō debet fieri illicitū: vt.l.qui sub ꝓtextu.s.de sacros. eccle. quòd facit cōtra clericos, q habēt priuilegiū, vt morātes in studio habeāt fruct⁹ ꝓbēdarū & ꝑcipiāt. ꝙ si nō intrāt scholas nō debeāt habere: vt no.in.d.l.q sub ꝓtext. Ang. ¶ Quero q̄ medietas est ista, q̄ soluebat̄. dixi ponendo casum: medietas aurei. ista est opi. vera. Alij dicūt medietas ci⁹, ꝙ ante soluebat, ꝙ nō placet: qa ita erat necessaria inspecto possessionū & fructuū pro medietate, sicut ꝓ toto. Deuētū est ergo ad medietatē aurei, respectu capitū, nō respectu fructuū, vel alio quocūque modo: dummodò quoad fructus non habeatur respectus. Bart.

a ¶ Propter paupertatē. Adde qualis pauptas reqratur ad hoc, vt procedat. ꝙ hic dicitur. gl.i.l.oēs.s.eo.quā ad hoc alleg. Bal.ī auc.de functo.s.ad Tertul. refert & sequitur Gerar.de petrasancta, singu. suo. lxxiij. incip. pauperes.

b ¶ Alios excusant. Adde omnino ad propositū eorū, q̄ hic dicūtur, Anto. corse. sing. suis in ver.gabella.lo.j.§. si omnes clerici, vel alij. vbi alleg. tam text. hui⁹.leg. q̄ istum hic.

De indictionibus. *Rubrica.*

¶ Super rubrica ista quærit glo. quid est indictio? dic vt in ea. & ex ea fit connumeratio indictionis, quę fit hodiè in instrumentis. Item ponit glo. qualiter fit connumeratio annorū domini per diuersas sectas? quod dic, vt in ea.

SUMMARIUM.

1 *Priuilegium immunitatis non porrigitur ad munus ordinarium.*
2 *Lex uel statutum potest facere, quòd munus extraordinarium sit ordinarium. Item quòd collecta sit munus reale, licet imponatur personæ pro rebus. nu.3.*
4 *Clerici quando teneantur soluere collectas Archiepiscopo?*
Casus, in quo exigitur scriptura.

¶ LEX. I.

Omnes. ¶ Indictio, munus ordinarium est, & ideò ab hac indictione non excusantur, qui à muneribus excusationē habēt. hoc dicit. Ad euidentiā scias, ꝙ ego dixi tibi in.l.omnes.s.ti.
1 j. Hoc ꝑmisso tex.est clarus. ¶ †No. ꝙ priuilegiū immunitatis, non porrigitur ad munus ordinarium, sed ad extraordina-
2 riū. ¶ †Itē no. ꝙ per.l. potest fieri ordinariū, quòd primò erat extraordinariū. Facit ꝙ per statutū possit fieri, vt collecta sit
3 munus ordinarium. †Item ꝙ sit munus reale, licet de iure imponatur personæ pro rebus: vt nota.in.l.indictiones.s.tit.j.& l.rescripto.ff.de mu.& hon.dicam.j.de mu.pa.in rub.Bar.

4 Additio. †No.in litera huius.l. casum in quo exigitur scriptura. & sic est argumentum, ꝙ si Archi.mittit literas clericis, ꝙ soluant collectam: non tenētur soluere, nisi literæ in indictione Episcopi fuerint confirmatę. & vide quod posui in.l.j.j.de apochis pub. Ang.

¶ LEX. II.

Particulari. ¶ Glos. cōstruēdo istū tex. ponit casum. & breuiter hoc intēdit. Ante tēpus solutionis debet singulis ꝓuincijs notificari, vt se pręparēt ad indictionē soluēdā. h.d.Gl. declarat istā lec. dic vt in ea. Not. versum. nā leuius lędit quicquid præuidimus ante, vt.s.de manu.l.j. & in auc.de colla. in prin. ¶ Not. modum notificandi iurisdictiones. Bar.

Additio. De hoc vide.s.de manu.l.j.& in auc.de colla.in prin. Ang.

De superindicto. *Rubrica.*

SUMMARIUM.

1 *Superindictum dicitur, quod extraordinariè causa neceßitatis imponitur.*
2 *Immunitas concessa à collectis, an extēdatur ad impositas tempore guerræ.*

¶ Super rubrica quærit glo. quid sit superindictum? dic vt in
1 ea. Breuiter illud, † quod ex causa necessitatis imponitur, extraordinariè superindictum dicitur. Bar.

2 Additio. ¶ Quid sit superindictum, ponit Bald.in.l. fi.C.sine cen.vel reli.†Et per hanc, l. determinat Ray.de for. ꝙ si cōcessa est immunitas alicui à collectis: ꝙ illa immunitas extenditur ad collectas propter guerras. & idem tenuit Fulg.in.l.si ex toto.& ibi Ray.de leg.j. Sed cōtra tenuit Dy.in.l.j. vt nemini liceat se excusare. de quo vide per do. Ange.de Are.in.d.l.si ex toto. Alex.

SUMMARIUM.

1 *Non creditur dicenti se aliquid facere mandato superioris, nisi ostendat literas.*
Cardinali asserenti se aliquid facere mandato superioris, non creditur, nisi literas ostendit.

2 *Princeps ob utilitatem publicam, poteſt collectam imponere.*
Ciuitas pro neceßitate ciuitatis collectam imponit.
Collecta, an ponatur per æs & libram? remißiuè.
3 *Collectam imponere, qui poßint?*

¶ *LEX.* *I.*

NIhil. ¶ Superindictum ſolus Princeps imponit: nec ad alterius literas, quis cogitur exoluere. h.d. Et eſt bona lex, & ponit practicam pulchrã.
1 ¶ †Not. ꝙ non eſt credendum literis alicuius dicentis ſe hoc facere mandato ſuperioris, niſi in ipſis inſeratur licentia, ſiue literæ ſuperioris: vt ibi, dum dicit: & imperialibus nexa præceptis. Canoniſtæ tamen dicunt, ꝙ cardinalibus & quibuſ-
a dam præcellentibus creditur, etiam ſi literas non oſtendant,[a] nec habere ſe dicant: tamen eſt contra iſtum tex. vbi non creditur etiam præfecto prætorio. Barto.

a ¶ Nõ oſtẽdant. ad quod vide copioſè & not. d. Feli. in c. ad eminentiã. in pri. de ſentẽ. excõ. Tu vide ad ꝓpoſitũ huius dicti, ꝙ poſui remiſsiuè in apoſti. ad ipſum, in. l. vnic. in apoſt. in verſicu. literas. ſ. de mã. prin. vbi probo hoc dictũ, tam per canoniſtas, ꝗ legiſtas.

non debet permitti, vt per seipsos exigant. Sed iudices ordinarij exigere debent: quod si permiserint, punientur hoc dicit.¶Not.hanc.l. quam habuisti plenius.s̈.de exact.trib.l.missi.licet ibi alia pena quam hic imponatur.& ideò poterit imponi vna ex istis. facit.l.quoties.§.fi.ff.de act.& oblig.&.l.qui sepulchrum.C. de sepul.viola.Bar.

1 **Additio.** ¶In tex.ibi, vicena.No.†ex isto tex.iudicem negligentem criminaliter puniri, dixi in.l.missi.s̈.de exact.trib.&.l.iij.s̈.de sepul.vio. Sed op.quòd dicta pœna non puniatur, vt.d.l.missi. Solut.fateor, quòd hac pœna, & pœna.l.missi.nõ punitur simul & semel.l.senatus.ff. de accu.sed iudex habet electionem qua pœna velit punire eũ, vt hic.&.l.de sepulchro.ff.de sepulch.viola.&.l.quoties.
2 de ac.& obl. Et hoc est vtile ad q̃stionẽ.†In eodẽ volu.statuto b
rũ reperitur homicidã debere puniri ad mortẽ, secũdũ vnum statutum: secundũ aliud reperitur debere puniri pœna pecuniaria: quod statutũ seruabitur? videtur, ꝙ posterius, vt.l.sed & posteriores.ff.de legi. Sed nego, ex quo eadem statuta reperiuntur in eodem volumine: licet in ordine scripturæ vnũ sit posterius altero: tamen ambo pariter ambulãt, & ideò hoc casu iudex habebit electionẽ, quam pœnã velit imponere, per hanc.l.quod tene menti. Vel dic, quòd iudex debet pœnam
b minorẽ imponere[b].l.fi.de præto.stip.& p Inn.in.c.de causis. extra de offi.deleg.& vide ꝙ dixi in aut.de sanctis.epis.Ang.

a ¶Pro parte. Tu vide ad propositum eorũ, quę hic dicũtur, an & quãdo solutio particularis in priuatis delictis admittatur, no.in.l.planè.ff.fami.ercis.& in.l.tutor.§.Lucius.ff.de vsuris.& omnino Spe.in tit.de arbi. §.sequit.versi.sed nũquid obligatio. col.xij.

b ¶Imponere.adde.do.Alexan.de imo.in.d.l.senat⁹. alleg.tex.

SUMMARIUM.

1 *Officiales, qui personaliter habent seruire officio, non coguntur ire ad exercitum, nec custodiam facere.*
2 *Superior ex officio potest defendere subditum suum.*
3 *Notarij, qui seruiunt ad officium cũ persona: non tenentur sustinere onera communis.*
4 *Officiales nepharij sunt inhibendi.*
5 *Officialis, cui commissum est aliquod officium, non potest prohiberi illud exercere.*
6 *Nominatus prius ad officium, debet ad illud admitti, non alius.*
7 *Iudex & officialis eodem modo puniuntur de negligentia.*

¶ LEX. III.

PRÆCEPIT. ¶Notarij cameræ nõ grauãtur ad munera, quę personæ laborẽ iniungunt, & qui eos grauauerint, punient: & per officium iudicis superioris defendent.h.d.vsq; ad
1 §.illud.¶†No.quòd officiales, qui personaliter habẽt seruire vni officio, non coguntur ire ad exercitũ, nec facere custodiã.
2 ¶†Secũdò no.ex ver.insuper.ꝙ superior ex officio potest defendere subditum suũ, quando videt eum grauari.quod facit pro ep̃iscopis, qui eorum officio defendũt suos clericos.Bart.
3 **Additio.** In tex.ibi, necessitatibus.¶†No.argu.expressum, ꝙ notarij, qui seruiunt de persona, non tenentur suscipere, nec sustinere onera cõmunis, sicut
4 alij.sed contra de exact.tribu.l.actores.†Item not.ꝙ conatus officialium nefarij, sunt inhibẽdi.s̈.de iure fisci.l.defensionis. Nam ipsi plura mala committunt, q̃ alij, vt in aut.de exhib.
5 reis.§.j.¶†Nota, ꝙ officialis cui aliquod officiũ est commis-
6 sum, non potest prohiberi exercere dictum officiũ.†Itẽ nota, ꝙ quando prius quis est nominatus ad officium, non potest

alius ad dictum officium nominari. Simile in electione Cano
nicorum. extrà de ele. c. conſiderauimus. † ¶ Item no. in fin. l.
7 quòd eodē modo punitur de negligentia iudex, & officialis:
vt. ṡ. e. l. ij. & . j. de naufra. l. de ſubmerſis. & . j. de fabri. l. fi. Ang.

SVMMARIVM.

1 *Rectores prouinciarum poſſunt facere theſaurarios in prouincia.*
2 *Legatus in prouincia, quando comparatur proconſuli, poteſt facere theſaurarios.*
3 *Procurator fiſci, quòd eligat theſaurarium generalem.*
4 *Poteſtas non poteſt iubere, quòd pecunia communis ſoluatur alteri, quam cameratio communis.*
Poteſtas poteſt pecuniam modicam conuertere ad ſuum placitum in neceſſitates publicas.
5 *Officialis ſi eligitur ſpecialiter ad unum officium, per id uidetur ſublata omnis poteſtas alijs officialibus, ſuper illa ſpecialitate.*

Illud. ¶ Electio & defenſio ſuſceptoris ſpectant ad pro
conſulem, & pręfectum, non tantū ad præſidē. hoc
1 dicit. ¶ † No. prout habetis literā tantū, ꝙ rectores prouincia
2 rum poſſunt facere theſaurarios in prouincia, ¶ † Not. quòd
quando eſt legatus in prouincia qui comparatur procon-
ſuli: vt in. c. ij. extra de officio. le. li. vj. poteſt facere theſaura-
3 rios in prouincia. Et † no. quòd hic loquitur de theſaurarijs
particularibus: theſaurarium verò vniuerſalem eligit procu
rator fiſci, & poſtea confirmatur conſenſu curiæ: vt. ṡ. de iure
fiſci. l. ſuper creandis. & ibi no. l. exactores. de ſuſcep. Sequi-
tur ver. prouidentibus. Ad euidētiā ſcias, quòd pecunia, quæ
exigitur, quandoq; infertur vni camerę, quādoq; alteri: vt. ṡ.
de exacti. tribu. l. in fiſcalibus. Dicit ergo hic, ꝙ tributa im-
poſita nō poſſunt minui: nec poteſt ſtatui, quòd pecunia quę
4 debet venire ad vnā cameram, vadat ad aliā. ¶ † Et no. ꝙ po-
teſtas nō poteſt iubere, quòd pecunia ſoluatur alteri, ꝗ came
rario cōmunis: & ſi facit, punietur: vt in fine huius leg. quod
intellige verum, niſi in pecunia modicā quā poteſt cōuertere
ad ſuum placitū in neceſſitates publicas. argu. l. diuus. ff. de
bo. dam. ver. quadrimeſtris. & ver. ſequētes ſunt clari.

5 Additio. In tex. ibi, minuendæ. ¶ † No. l. quia videt,
quòd ſi vnus officialis eligitur ſpecialiter
ad vnum officiū: ꝙ per illā ſpecialem electionem ſit ſublata
omnis poteſtas de eo, quod ibi ſpecialiter cōmiſſum eſt alijs
Rectoribus generalē adminiſtrationē habētibus. Et per hoc
videtur: cū nuper in ciuitate Peruſij electi ſint quidam barri
gelli quibus ſpecialiter data eſt poteſtas cōtra omnes bauni-
tos Peruſij: quòd per hāc ſpecialē conceſſionē iuriſdictionis
videtur adempta omnis poteſtas Capitanei, & poteſtatis ci-
uitatis Peruſij perſequendo dictos exbannitos. De quo vide
per docto. in. l. ſtudentibus. ṡ. de offi. præfect. vrb. vbi videtur
caſus de hoc, licet etiā in contrariū poſſet adduci: vt ibi latiſ-
ſimè poſui ſuper text. ideò ibi omnino vide de hac. q. & vide
gl. xxv. quęſtione. ij. C. in galliarū. Et in ſimili vide Bart. in. l.
iiij. §. ſi ita vicinū. ff. de dam. infec. Ange. Adde, ꝙ iudex pōt
mulctas per eū impoſitas applicare ad refectionē palatij: vt
eſt tex. no. in. l. mulctarū. C. de modo mulct. An autem poſſit
ſibijpſi iudex condēnando pœnā applicare. Ang. ꝙ nō in. §.
fi. vt nulli iudicum. in prin. per illum tex. quod tamen intelli-
ge, vt ibi per eum. Alexan.

¶ LEX. IIII.

Præcipimus. ¶ Si literę iudicis ali
quid vltra veterē cō
a ſuetudinem[a] cōtineat, prę ſumuntur erroneę,
nec eis eſt credendū. h. d. Ad euidētiā huius. l.
pręmitte caſum. ṡ. de iud. l. fi. Hoc ideo, qa iu-
dices ſcribentes ſua authoritate non poſſunt
augere. nec minuere iſta tributa: vt. ṡ. l. proxi. ver. prouidēti-
bus. & . l. j. ṡ. de ſuperindi. de anno. & tribu. l. ij. Sed ſi literę cō
tinerent id, quod per iudicē poteſt fieri, vel facerent mentio-
nem de literis ſuperioris iudicis, per quem poſſunt fieri, eis
crederetur: vt. ṡ. de ſuperindi. l. j. Barto.

Ne operæ à collatoribus exigantur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in cluſo Peruſino collatores dicuntur.*

¶ LEX. I.

1 Operarum. ¶ Proſequere hāc. l. vt in
gl. † No. arg. pro illis, qui
habitant in cluſo Peruſino ꝙ propriè dicun
tur collatores, cū dent tertiā omniū fructuū,
quòd ad alias operas cōpelli nō debent: ſicut
alij ruſtici cōpelluntur. ¶ No. per iſtā. l. fuiſ-
ſe vltra montes determinatū, ꝙ nemo poterat cogi eſſe mani

goldus. tamē contrariū vult gl. in. l. nō videtur. ff. de regu. iur.
Adde Bar. in. l. fi. de pignora. ac. vbi dixit, ꝙ imò pōtq s capi,
vt manigol. efficiatur, dūmō ſit vilis & abiecta perſona. alleg.
§. ꝙ ſi monachus. in aut. de ſanctiſ. epiſ. Adde etiā Bar. in. l. iu-
bem⁹ nullā nauē. C. de ſacroſan. eccl. vbi dicit, ꝙ aſin⁹ ruſtici
poteſt capi, vt ſuper eo ducatur malefactor ad patibulū: quia
res ſingularis & eccleſiæ poſſunt capi propter pub. vti. Ale.

De immunitate nemini concedenda. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Notarius falſum ſcribens, igne punitur.*
2 *Officiales & conſiliarij ciuitatis, quas collectas ſoluere teneantur?*

¶ LEX I.

His noſtræ. ¶ Qui falſum inſtrumētum
immunitatis conſcripſerit.
igne eſt cōburēdus: & oēs ad ſolutionē canonis
1 ſunt vrgendi. hoc dicit. ¶ † Not. caſum, in quo
b notarius falſum ſcribens igne punitur.[b] alia
2 pœna falſi eſt minor: vt. ff. de fal. l. j. in fi. Circa † . l. iſtā quæro,
vtrū officiales, vel cōſiliarij ciuitatis teneantur ſoluere colle-
ctas & tributa. glo. in. l. honorē de iu. & ho. dicit, quòd ſic ad
ordinaria, nō ad extraordinaria [illegible] videtur tenere Gul. in. l.
neminē. ṡ. de ſacroſan. eccl. Tu diſtingue latius, quòd quędam
ſunt munera patrimonialia, ſeu realia: & ad iſta tenentur: vt. l.
fin. §. patrimoniū. & . §. pen. ff. de mune. & hono. & . ṡ. de exac.
tribu. l. fin. & de apo. pu. l. j. Quædā ſunt munera perſonalia:
& iſtorum ſunt quædā, in quibus conſiſtit labor perſonæ. Et
tunc ſiquidem per illud onus auocaretur ab officio: tunc ex-
cuſaretur: vt. l. præcepit. in prin. ṡ. tit. ij. ſi verò per illud onus
non auocaretur ab illo officio, nō excuſatur: vt. j. de decu. l. cu
riales. quæ lex probat iſtam diſtinctionē, ex magna tamē cau
ſa poſſent ab officio amoueri: vt ibi patet. Si verò munus cō
ſiſtit in præſtatione pecuniæ tantū: & tunc aut munus ordi-
narium eſt, & ab iſto non excuſatur: vt. ṡ. de exact. trib. l. acto
res. ita loquitur hæc. l. quæ dicit neminē excuſari. Aut eſt mu
nus extraordinarium, & excuſatur: vt dic. l. honorem. & . l. in
honoribus. §. fina. ff. de vacatio. & excu. mune. & . l. hi, qui. &
in. l. in honoribus. §. qui muneris. eod. tit. Dicit tex. & ibi. Cy.
in. l. j. C. de immunit. ꝙ notarius ſcribens inſtrumentum à iure
prohibitum, capite punitur: alibi, notarius conficiens inſtru-
mentum ſimulatum punitur pœna manus. c. imperialem. §.
ſcribam. de prohi, feudi alie. p Fede. Alibi notarius cōficiens
inſtrumentum vſurariū, eſt periurus, & poteſt pronunciari
infamis, & priuari officio tabellionatus: ſecundū Hoſti. i ſum
ma de vſuris. Spe. aliàs. §. fi. ver. qd de notarijs. & refert Arch.
xxj. diſtin. ſicut. & ibi de hoc facit magnū feſtū: & refert, & ſe
quitur Ro. in ſingularibus ſuis in litera. R. numero. xj. Alibi
cōficiēs inſtrumentū, punit pœna exilij ſine ſpe reuerſionis.
tex. eſt & ibi Ang. in aut. de nō alie. §. hoc quoq;. & bon⁹ tex.
in. §. hęc igit oīa. eo. tit. vbi dicit, ꝙ eadē pœna punit dictās in
ſtrumētum illicitum. ¶ Sed quid in notario cōficiente inſtru
mentū falſum, quod verè oīno nullum erat: an ſit puniēdus,
& qua pœna? vide Bar. in. l. ſi quis legatū. in prin. in. j. col. ff. de
fal. & Bal. & Saly. in. l. j. C. de ſepul. vio. & p Ioā. an. in regula,
nō eſt ſine culpa. & Ang. in aut. vt nulli iudi. in. §. qm vero. nō
autē punitur notarius, niſi in caſib⁹ à iure expreſſis. ſecūdum
Bal. in. l. fi. in prin. ſi cer. peta. allegat gl. in aut. de non alienā. §.
quia verò leonis. Alex.

SVMMARIVM.

1 *Aggeres dicuntur munitiones, quæ fiunt iuxta ripam fluminis*
2 *Foueæ, muri & ſteccari debēt fieri pro modo patrimonij, nō per capita.*
3 *Via per quem fieri debeat. & refici.*

¶ LEX. II.

Per Bithyniā. ¶ Munitio viarum, & ag-
gerum, debet fieri expēſis,
1 pro quātitate patrimonij, poſſeſſorū. h. d. † Ad eui-
dentiā debetis ſcire, quòd aggeres dicuntur quędam muni-
tiones, quę fiunt iuxta ripam fluminis, ne flumen excreſcens
2 fluat p limites. & ſic in rubrica de Nili aggeri. nō rump. ¶ † Et
not. hunc caſum: quia aſſiduus eſt. nam pluries fuit hic de fa-
cto hoc anno tempore guerrę: quia mandatum erat tali villæ
vt faceret foueas, muros, & ſteccaros tali caſtro. Nam pro mo
do patrimonij, non per capita fieri debet. ¶ In tex. ibi, cæte
ris. ſ. in reparatiōe fontiū, & pontiū, foſſarum, murorum, & ſi
milium. ¶ Opp. ꝙ qlibet debet munire viā ante domū ſuā, nō
aūt debet fieri de publico, vt. l. ędiles. ff. de via pub. q̄ eſt greca
3 & quidā nō habēt eā. Et ideò † diſtingue. q̄dā eſt via publica:
quędam priuata. Primo caſu, ſi quidem via eſt intra muros
ciuitatis:

a ¶ Vltra veterem conſuetudinē. Et ratio eſt: quia in talibus, ſtylus curię eſt attendēdus. de quo per Panor. in proe. gregorij. in addit. prima vbi notaui poſt alios & ampliaui poſt coapoſtillatorum meorū reſtrictiones non tantū nō eſſe attendendum ſtylū, ſed & obſeruādū, vt plenè per hyppo. de marſilijs ſingu. ſuo. cxviij. incipiē. ſtylus curię.

b ¶ Igne punit. tu vide ad hoc Lud. ro. ſing. ſuo. ccliij. incipi. pone ꝙ notarius. vbi alle. ad hoc ꝙ dicit iſte caſum huius. l. pro ſingu.

a ciuitatis:quilibet debet eã munire iuxta domũ suã:[a]vt in cõtrario. Si verò est extra ciuitatẽ:tunc debet fieri munitio & refectio ex pecuniis cõis imponẽdo collectã pro quãtitate patrimonij:vt hic:&.§. de sacrosan.ecc.l.ad instructiões.& in auf. de eccl.titulis.§.ad hęc sancimus. colla.ix.¶ Quædã sunt viæ priuatæ.&hoc põt duobus modis intelligi:vno modo in via, prout est ius eundi:& dicitur seruitus:& tunc refectio incumbit illi,qui habet viã.Ille eñ qui debet viã,solũ debet pati:vt l.refectionis.ff.cõmunia predio.cũ si.¶ Secũdo modo accipitur via priuata:hoc est,facta ex collationibus priuatorum:& tũc idẽ.quia ad illos priuatos pertinet refectio.ff. ne quid in loco publico.l.ij.§.viarũ.& de hoc doc.dicũt in.l.nemine.de sacrosan.eccl.Quilibet tenetur purgare viã iuxta domũ suã. Sed an istud habeat locũ in conductore domus?Bart.in.d.l.ad instructiones.no.dicit sic:aut gratis habitat,& tenetur etiã ex pẽsis propriis purgare viã:& hoc est verũ. Aut nõ habitat gratis,sed pẽsionẽ soluit,& expẽsis pẽsionis tenetur mũdare. Sed pone,ꝙ pręcepi cõductori,vt saligetviã lapidibus:an tũc fiet expẽsis pẽsionis?& Bart.ibi ꝙ sic,dato,etiã ꝙ gratis habitet: quia illud quod statuitur in munitione tẽporali:nõ habet locũ in munitione perpetua,quod etiã sequitur Io.de Platea.in §.conductor.Inst.locati.videas etiã Bar.in.l.ad instruc.C.de sac.san.eccl.quod onus spectat etiã ad ecclesiã. Ale.¶ Quęro dicit hic, cæteris huiusmodi &c.de quibus loquitur?Respondeo de viis,& pontibus:vt.d.l.ad instructiones.&.d.§.ad hęc sancimus.Itẽ de muris:vt.C.de op.pu.l.omnes Bart.

De conditis in publicis horreis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Frumentum nouum non debet uendi,nisi prius uendatur uetus.*
2 *Fructus corrupti licitè miscentur cum incorruptis.*
3 *Aromatarij miscẽtes cærã corruptã cũ incorrupta,nõ dicũtur cærã falsare.*
4 *Nobilis dicitur,qui est prudens,& uirtuosus.& remittit.*

¶ LEX I.

Omnia. ¶ Nõ debet tangi de fructibus nouis,donec consumpti sint antiqui. Itẽ licitũ est commisceri fructus corruptos cũ incorruptis:& ad prędicta per superiorẽ officialis sufficiẽs deputetur.h.d.¶ Tres habet ptes: vt colligitur ex summario.Secũda pars ibi:& si fortè.Tertia
1 ibi:ad istud.¶ †No.ꝙ nõ debet nouũ frumẽtũ vẽdi,nisi prius vẽditũ sit vetus.& si sic tutor alicuius cõtrafaceret,teneretur. Debet eñ fructus secũdũ qualitatẽ tẽporũ vendere : quędam primo tpe:quędã secũdo tpe seruari:vt.l.is cui.§.queri potest
2 ver.q legatorũ.ff.vt in pos.lega.¶ †Secũdo no.ꝙ licet misceri corruptũ cũ incorrupto.quod tene menti:qa fortè dicerẽt laici,ꝙ esset peccatum,quod non est verum:vt hic.Bar.
3 Additio. ¶ †No.istũ text.pro aromatariis , maximè qui miscent cæram corruptam cũ incorrupta,ad hoc,vt velamẽto nõ corruptę,corrupta vendat:vt nõ
4 dicantur cerã falsare:cũ nõ peccauerint.casus hic.¶ †Itẽ no. tex.ꝙ ille dicatur nobilis,qui est prudens & virtuosus. Sed aliter determinaui in.l.j.de dig.lib.xij.

SVMMARIVM.

1 *Tutor unius magni patrimonij,uel positus in magna administratione excusatur,si negotio præponat aliquem factorem sufficientem.*

¶ LEX. II.

Cum ad quamlibet. Rectores debẽt per seipsos inspicere domos,& horrea publica,ne ex pluuia corrũ
1 pãtur publica frumẽta.h.d.¶ †No.ꝙ tutor vni⁹ magni patrimonij:vel aliquis positus in magna administratione excusatur,si negotio præponat aliquẽ sufficientem factorem:vt.s.l. proxi.in fi.&.l.argẽtum.ff.commo.Tamen inspicere debet per seipsum, an sint fracta tecta,ita ꝙ ibi non pluat:aliàs non est diligens administrator:vt hic.

¶ LEX. III.

Nulli. ¶ Species ĩ horreis publicis depositas,nullus debet in suã vtilitatẽ cõuertere:aliter deportabitur.¶ No. cõtra furantes lardum,vel granũ cõmunis,vt deportẽtur:& eorum bona publicentur.Bart.

Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Collectam pro emendo granum tempore caristiæ,tenentur soluere diuites,& pauperes.& nu.3.& est onus patrimoniale.*
2 *Respublica,si habet granum ad uendendum,omnes tenentur emere:nec aliquis excusatur:licet ei necessarium non sit.& nu.4.& est munus patrimoniale.*
5 *Munus impositum à ciuitate, quòd quis uendere cogatur frumentum:est munus patrimoniale.*
6 *Ecclesia,an possit cogi uendere frumentum per ciuitatem?*
7 *Ciuitas,quando cogit subditos uendere frumentũ:intelligitur iusto pretio.*
8 *Impunitas,si conceditur à collectis non censetur concessa ab his,quæ imponuntur necessitatis causa.*

¶ LEX I.

Quoties. ¶ De secunda parte istius rub.nihil habetis in nigro sed de hoc habetis in.l.j.&.ij.in princi.ff. de va.mu.Ista rub.summat.l.& gl.ponit
1 tribus modis casum.¶ †Primò,ꝙ tã diuites,ꝙ pauperes tenentur soluere collectã pro emẽdo granũ tẽpore caristiæ:licet di
2 uitib⁹ hoc nõ sit necessariũ.¶ †Secũdo mõ,ꝙ si Respublica habet granũ,vel aliud ad vẽdendũ:ꝙ oẽs debẽt emere nec aliqs excusatur:licet ei necessariũ non sit.& hoc etiã habet locũ in sale vrbis.¶ Tertio dic,vt in glo.Op.de.l.iij.§.cura.ff.de mu. & ho.Glo.soluit,ꝙ hic loquitur de munere patrimoniali.s.de cura emẽdi:ibi loquitur de cura personali.s.de expẽsa,quę debet fieri emẽdo.¶ Hoc præmisso ꝙ hæc.l.de patrimonialibus loquatur.Quæro de qua cõparatione frumẽti loquit hæc
3 lex.respõdeo ꝙ glo.intelligitur tribus modis.¶ †Primo modo de pecunia,quæ confertur pro emptione frumẽti,& aliarũ specierũ.Quo casu no.ꝙ licet emptio videatur principaliter venire in fauorem pauperũ,& indigẽtium : tamẽ onus est patrimoniale:& sic etiã diuites cõpellũtur.Ratio:quia ad publicã vtilitatẽ pertinet:Nã sine pauperibus ciuitas non esset [a]
4 perfecta.l.ij.ff.de nũdi.¶ †Secundo mõ loquitur hæc lex de munere,quo quis emere cogitur:& munus est personale.Certè non credo,ꝙ de tali munere loquatur hic:sed debet intelligi,quãdo fiscus habet multũ de frumẽto,ita ꝙ conseruari nõ põt:tũc imponit omnibus subditis necessitatẽ emẽdi:& istud est patrimoniale,vt ille qui plus habet,plus emere cogat. Si eñ intelligeres de munere personali:hoc est,de cura emendi: multi excusarentur:quod est contra istũ titulũ.Et istũ casum
5 no.qa sępe occurrit.¶ †Tertiò loquitur de munere,quo quis vendere teneatur.Not.etiã ꝙ istud onus est patrimoniale:vt patet ex solutiõe contrarij.s.facti & sic qui plus de frumento
6 colligit,plus de frumẽto vẽdere cogatur.† Videtur etiam,ꝙ ecclesia ad hoc possit cogi:vt hic in fi.&.s.de exac.tribu.l.fin.
7 & est munus patrimoniale non sordidum:iusto†tamen pretio debet quis cogi vendere,non viliori:vt.l.fi.in prin.ff.ad.l.Iu. de anno.Quod dixi de ecclesia,intellige salua tamen determinatione sanctæ matris ecclesiæ:& tit.de ecc.titu.
8 Additio. †¶ No.qa per istũ tex.Dicit Dyn.in.l.si ex [b] toto.in prin.de leg.j.si alicui est cõcessa immunitas à collectis:nõ tamẽ censet cõcessa ab his,quę imponũtur ex aliqua necessitate,puta guerræ:vt probat iste tex.Ang.

[a] ¶ Suã. adde Lud. Pon.in fi. ver.viã. vers.no.quod viã. ¶ Adde istum & doct.in.l.ediles.§. studeãt. ĩ.l.fi.§.fi. de via & iti.publ. Et an teneat cõductor,& inqlin⁹ cessante dño domus, no.iste ĩ alle.§.studeãt.ĩ.iij.no. & ibi ponit quid in eo, qui gratis habitat de quo etiã p Flo. in.l.si pendẽtes.§. si quid cloacarij. ff.de vsufr.

[b] ¶ Minuere.Sed qd si per alluuionem decreuit,dic,ꝙ tũc diminui debet:vt per Bar.in.d.l.forma.& Bal.in.l.acceptã.in fin.C.de vsu.& do.Alexã. de imol.in .l.titio. ad munici.&Gul. & doct.in.l.ꝙ.§.j. de cõst.pec.&bal. in.l.etiã.C.de exe cu.rei iudi.

De collatione donatorum & releuatorum, aut trãslatorum, seu adæratorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *AEstimum alicuius,si est diminutum,potest per superiorem augeri.*
2 *AEstimum suum minuere,nemo potest.*

¶ LEX I

Dispositionem. ¶ Casum pone, vt in glos.not.In lege dicuntur duo.†Primò,ꝙ si aliqua prę
1 dia sunt releuata,hoc est libera:& æstimũ eorũ est minutũ,posteà potest augeri per superiorẽ:vt hic facit imperator. ¶ †Not. quòd
2 non licet alicui suas possessiones releuare:hoc est æstimũ mi
b nuere:[b]vt hic,in versi.nulli.Quod intellige, nisi ex causa superuenienti,vt.l.forma.ff.de cen.Bar.

De collatione æris. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Aurum pro ære solui potest,quando respublica ex hoc non læditur.*

¶ LEX I.

1 Aeris. ¶ Pro ære potest solui aurũ tanti valoris.h.d.†Not.quòd potest solui aurũ pro ære.Intellige quando respublica ex hoc non lædi tur:vt plenè nota .ff.de solu.l.Paulus.& ibi dixi.

De discussoribus. Rubrica.

¶ Quæro, quis dicatur discussor? dic, vt in glo. rubricæ. s. ille, qui discutit patrimonia alterius: vt eum ponat in æstimo. Ita loquitur hîc in titu. Bar.

SVMMARIVM.

1 AEstimatori incumbit onus probandi se iustè æstimasse. & nu. 3.
2 Arbitratores, qui lædunt partes tenentur.

¶ LEX. I.

Quoties. ¶ Si æstimator malè æstimat, ipse tenet̃ hoc dicit. ¶ Quæro, hic dicitur in disceptatione, qualiter fiat ista disceptatio? respõdeo, corã superiore, ad quem reclamat ille, qui sentit se grauatũ: vt. j. de agri.
1 & censi. l. per æquatores. ¶ Secundò † no. ꝙ onus probãdi in
2 cumbit officiali æstimãti, seu mensuranti. ¶ † Vltimò nota. ꝙ arbitratores, qui lædunt partes tenentur. facit. ff. si men. fal. mo. di. per to. Barto.

3 Additio. † ¶ No. istum casum, ꝙ licet pro scriptura præsumatur in dubio: si tamẽ scriptura feratur contra me: ꝙ patrimoniũ valeat mille: & ego nego tantum habere in patrimonio, ꝙ ei, qui vult scripturã de æstimo patrimonij incumbit onus probandi patrimonium tantũ valere: & non mihi, qui nego valere tantũ. Pro hoc. ff. de proba. l. cum de. l. fal. C. de iure deli. l. scimus. §. licentia. Et hæc nota contra mensores agrorũ, qui retulerunt tot iugera esse: si negaretur tot esse, incũberet eis onus probandi tot esse. Ange.

SVMMARIVM.

1 Pars non potest cogi iterum facere instrumentum, si de contractu apparet protocolum.
Notarius potest cogi, ut iterum faciat instrumentum, si primum quis amiserit.
2 Pars cogitur facere iterum instrumentum, si protocolum non apparet.
3 Debitor, qui producit duo instrumenta refutationis cuiusdam quantitatis pecuniæ & probat duplicem solutionem, & tanquam indebitum potest repetere.

¶ LEX. II.

Ne casu. ¶ Ista. l. legitur in gl. pluribus modis secundum primã lec. hoc dicit. Licet soluens tributa, apocham de soluto perdiderit: potest tamẽ ex libris cõmunis solutionẽ probare hoc dicit. ¶ Vel dic secũdò, si in libris cõmunis de solutione apparet: nõ potest peti ab officiali, vt iterũ faciat apocham de recepto, si primã quis amisit. hoc dicit. facit. l. si quis ex argẽtarijs.
1 §. fi. ff. de eden. ¶ † Ex secunda lect. no. ꝙ si apparet protocolum de cõtractu: nõ potest cogi pars, vt iterũ faciat instrumentum publicum, & illud reddat: nisi de prima perditione doceatur. Vnde põt cogi notarius, vt iterũ faciat instrumentũ, si primũ quis amiserit: vt. l. si quis ex argẽtarijs. §. fi. ff. de edẽ. Istũ tex. alle. pro singulari Bal. in. l. seruo. §. si à primo. de lega. j. ꝙ geminata quietatio facta debitori, facit censeri debitum bis solutũ: & ideo debitorẽ semel solutũ repetere, & ita alleg. Lu. in singularibus suis in litera. Q. not. primo. Ad cuius veritatem vide omnino Bald. in. l. cũ centũ. de adi. lega. & in. l. cum
2 tacitum. de verbo. obli. Alexã. ¶ † Secundò no. ex contrario sensu huius. l. ꝙ si protocolum non inuenitur, ꝙ tunc potest cogi pars, vt de nouo faciat instrumentũ: vt lex dicit. Ad hoc facit. s. de libe. cau. l. sicut instrumenta. & quod ibi no. ff. solu. ma. l. ij. circa prin. & quod ibi no. in gl. magna. & ff. de noua. l. si pupillus. & de admi. tut. l. chirographis. & ibi no. Bart.

3 Additio. ¶ In glo. ibi, se bis soluisse. † No. quòd si debitor producit duo instrumẽta refutatiõis cuiusdam quãtitatis pecuniæ, ꝙ per ista instrumenta probat duplicem solutionẽ: & sic tanꝙ indebitum posset repetere. Ad quod facit. l. solutione. cũ gl. ff. ad exhiben. ar. l. qui tabulas. §. quod si iam. ff. de fur. quod tenementi. Ange. An notarius cogatur ipse reficere instrumẽtũ deperditum? dic ꝙ sic, dummodo iuretur de calumnia, per no. per Barto. in. l. fi. ff. de bo. aut. iudi. pos. & vide Ang. in aut. de hære. & falci. in prin. in. iij. col. vbi dixit, ꝙ cautela est, quod fiat mentio in. ij. de refectione. Et an de refecto instrumento debeat solui gabella vide in consilijs extraor. Ang. cõ. xlv. & Bart. consuluit, ꝙ nõ Cui adde do. Ant. in. c. ij. in gl. ij. de iudi. Quòd pars teneatur reficere vnum instrumentum in forma deperditi: vide Bal. in l. vnica. §. ne autem. in. j. col. de cadu. tol. Alexan.

¶ LEX. III.

Per singulas. ¶ Ab onere discutiendi, & æstimandi patrimonia, nullus excusatur, nec etiam miles, nec militãs. hoc dicit.

a ¶ Filio. Vide ad hoc quę no. habẽtur per do. Sozi. in consi. clxxij. in cipië. multũ abundẽ, & eleganter. versi. aliquãdo: & quinto. cum ver. seq. vsq; ad versic. iiij. difficultas. in ij. part. chart. xlij. Et an & quãdo teneatur ex contractu filij, & quomodo, & qualiter, vide per eũ in consi. xcij. inci. circa primum huius versi. circa secundã dubitationẽ. cũ ver. se. in. j. parte char. clvj.

De decurionibus, & eorum filijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Consiliarij ciuitatum hodie dicuntur decuriones.

Additio. ¶ Sed an decuriones hodiernis temporib9 iudicentur, prout de istis? quòd sic. in. l. Diuo. s. de quæstio. Alex. Istã rubricã cõtinua, vt in glo. Quærit
1 gl. quare dicũtur decuriones? dic vt in ea. ¶ † Not. ꝙ cosiliarij ciuitatum, dicuntur hodie decuriones: vt in hac glo. quamno. ¶ Quæro quid differt decurio à curiali? dic vt in glo.

SVMMARIVM.

1 Excussio: quòd fiat contra principalem ante, quàm agatur cõtra fideiussores.
2 Pater consentiens filio officium suscipiẽti, pro filio obligatur.
3 Fideiussor officialis conuenitur non excusso principali.
4 Pater qualiter dicatur consentire filio officium suscipienti.
Patris præsentia in priuatis, quando ipsum obliget?
5 Pater absens potest filio officiali consentire.
6 Pater: an teneatur pro filio magistractum extra ordinem gerente: remissiuè ad glo.

¶ LEX I.

Si cum te. ¶ Pater si ad decurionatum filij consentit. tenet̃ per eo: & hæres eius prius facta excusione de principali. hoc di-
1 cit. ¶ † No. prius fieri excusionẽ cõtra principa-
2 lem, quàm veniatur contra fideiussores. ¶ † Item not. quod pater tenetur pro filio, si consensit. ¶ Ad istud notabile opp. de. l. iure nostro. s. de fideius. Sol. dicit glo. speciale hic. Ratio: quia facile pr̃ obligat̃ eoipso ꝙ scit, & non contradicit. Ita dicit. glo. vlti. quã no. certè licet in patre hæc rõ concludat: tamen idem potest esse in quolibet alio fideiussore: vt. l. iij. in
3 fi. ff. de administr. re. ad ciui. perti. † Dic ergo, ꝙ speciale est in fideiussore officialis: vt no. in. l. j. s. de conue. fi. deb. Ratio: quales fideiussores videnť indemnitatem promittere: vt. d. l. j. quid si indemnitas non apparet, nisi principali discusso? di-
4 xi in. d. l. j. ¶ † Quæro qualiter dicat̃ pater cõsentire filio[a]? di-
a cit gl. eoipso, ꝙ scit. Et intellige verum in munere publico: secus in priuato: vt not. s. quod cũ eo. l. j. & l. si filius. ff. de tu. & l. Lucius Titius. ff. de admi. tut. Et ideo si instrumentũ esset factum inter duos priuatos pręsente patre vnius: pater alterius propter hoc nõ obligaretur, vt no. in. d. l. Lucius. & l. j. in gl. pe. ff. quod iussu. oportet enim quòd tunc pater specialiter se obliget. hoc etiã examinaui plenè in. l. si cũ dotem. §. transgre
5 diantur. ff. sol. mat. ¶ † Quæro, an pater absens possit filio cõsentire. Respõdeo sic: vt. l. honores. §. fi. ff. de decu. per quã. l. dicunt doct. ꝙ filio agente in iudicio, pater absens videt̃ con
6 sentire. ¶ † Quæro: quid si filius decurio factus est magistratus, & gessit rempublicã, an pater teneatur? dic, vt in gl. Bart.

SVMMARIVM.

1 Expensæ, quæ debentur ratione uictoriæ, debentur officio iudicis.
2 Rectores ciuitatis possunt consilium sua authoritate conuocare: & de necessitate hoc facere habent, quando incumbit faciendum.
3 Consilium conuocatur authoritate superioris, uel antiquioris decurionis.
4 Consilium ciuitatis, quando non est conuocatum authoritate superioris, quando ualeat.
5 Consilium ciuitatis conuocatur etiam sono campanæ, uel uoce preconis, & secundum consuetudinem.
6 Citatio per campanam, uel sono tubæ, quòd fieri possit.
Sonus campanæ uel tubæ, quot representationes habeat: remissiuè.
7 Consilium ciuitatis conuocari debet in loco publico & consueto.
8 Propositio in consilio, quòd fiat per superiorem.
9 Magistratus licet proponat in consilio, tamen ipse non reformat, sed consilium.
10 Consilium ciuitatis de iure communi, colligit officiales & syndicos.
Adunantia generalis eligit consilium.
11 Electio facta de aliquo. debet ipsi notificari.
12 Nominans aliquem indebitè, tenetur ad sumptus.

¶ LEX. II.

Obseruare. ¶ Ad officium Rectoris ciuitatis pertinet cõuocare cõsiliũ, & facere eligi officiales, vt eis electis nũciare possint, si velit appellare. & qui malè nominat tenet̃ ad sumptus. h. d. Bar.

1 Additio. † Hęc. l. allegat̃, ꝙ expensæ, quæ veniũt ratione victoriæ, non debentur, nisi iudicis officio: & per cõsequẽs nõ debenť, nisi qs fuerit ad eas reficiẽdas condẽnatus: vt hic, & no. gl. in. l. seueriter. C. de excu. tut. & no. Alex. in. l. si finita. §. Iulia. ff. de dã. infec. in. iiij. col. circa
2 fi. Alex. ¶ † No. ex hac. l. ꝙ Rectores ciuitatis possunt cõuocare consilium

care consilium sua authoritate:vt hic.& ita intelligitur gl.su-
per verb.magistratus.¶ Secundò no.ꝙ rectores ciuitatis ha-
bent hoc facere de necessitate,quãdo hoc faciẽdũ incumbit:
vt hic:dum dicit,oportebit.¶ † Tertiò no.ꝙ cõsilium debet
3 conuocari authoritate superioris.Nã hic magistratus conuo-
cat.vbi autem magistratus non esset:tunc posset conuocari il
a le,qui esset antiquior[a] decurio.Ille eñ videt ipso iure prior
decurionum.arg.l.j.j.de cõsu.ff.de albo,scrib.l.j.& ibi dixi,et
4 no.per Inn.extra de ma.& obe.c.j.& ibi.¶ † Quæro,qd si nõ
b apparet[b] conciliũ cõuocatũ?respõdeo,si quidẽ essent oẽs præ-
sentes,valeret concilium,quãdo nõ est,qui læditur,ex hoc,ꝙ
conuocati non sunt.Sed si aliqui essent absentes:tunc non va
leret concilium.Potuisset eñ præsentia eorum trahere alios
in suam sententiam,arg.l.sicuti.ff.de arbi.Bar.

Additio. Vide quod no.Bar.ĩ.l.vniuersa.C.de prec.
impe.offe.Alex.Adde.l.nulli.& ibi glo.&
doct.ff.quod cuiusq; vni.quod no.Bal.ibi in.ij.col.post Gul.
& Bar.esse verũ,nisi per collegium & vniuersitatẽ fieret aliqs
actus iurisditionalis:sed vt daret alicui simplex administratio
puta in cõstitutiõe syndici.Ibidẽ vers.nisi ille esset antiquior.
Ad hoc vide gl.in.l.nulli.ff.quod cuiusq; vniuersitatis.Istud
dictũ gl.tenet in.c.cum nobis olim.in.ix.col.de elect.d.Anto.
& Bal.in.l.fi.de fide instru.& in rubrica.C.pro socio.& in.c.
imperialẽ.§.præterea duc.in vltima col.de prohi.feu.alie.per
fed.Sed aduerte:quia ego dubito de isto dicto Inn.& Bar.qm̃
iura,quæ allegãt,videlicet.l.j.de albo scribẽdo,nõ probat,sed
solũ senibus maiorẽ fidem esse dãdã:sed non probat,ꝙ anti-
quior possit exercere actũ iurisdictionalem in reliquos:ideo
fortè videt esse verior opi.Inno.quam posuit ipse in.c.ij.de
ope.no.nunci.quam refert & sequitur.d.Abb.in.c.ij.de his,
que fiunt à maiori parte capituli:circa finẽ.vbi dicit,ꝙ qñ nõ
adest ille,ad quẽ de iure,vel consuetudine spectat congregare
debent conuenire duæ partes,ad quos spectat cõuocatio alio
rũ,quia virtus vniuersitatis cõstat in duab9 partib9.l.nulli,&.
l.planè.ff.quod cuiusq; vni.no.& istã opi.rectè sequit Pet.de
Anch.in repe.c.canonum statuta.de consti.in.ij.prĩcipali qõ
ne,in.j.col.illius quæsti.& Lapus allega.cxxxj.vbi dicit,hoc
procedere de rigore:sed de æqtate sufficit,secũdum,quòd ma
ior eũ ps cõueniat.ar.l.quod maior.ad muni.pro quo facit ꝙ
no.do.Ant.ĩ.c.cum nobis olim.ĩ pe.col.de elec.Potes tamen
saluare opi.Inno.ĩ.d.c.j.de maio.& obedi.vt procedat,quan-
do nõ esset modus,ꝙ illæ duæ partes de quibus loquitur Inn.
in.d.c.ij.de ope.no.nunci.possent simul conuenire.Vel pos-
sum9 etiã dicere,quòd si vniuersitas laicorum non habet ca-
put:ptãs ciuitatis erit eius caput.vbi verò non sit vniuersitas
clericorum,eps erit caput,ita voluit Barto.in.l.nulli.circa prĩ
cipium post glo.ibi.ff.quod cuiusq; vni.no.Et ibi in ver.sed
si aliqui essent absentes.Hoc intellige verum,si non fuerunt
citati illi absentes:vt hic ẽt vult Bar.¶ Sed qd si citati sunt,&
nolũt venire?dic,ꝙ sufficit maior pars secũdũ Bar.in.l.omnes
populi.in.ij.q.prĩcipali.de quo dic,vt ibi.& p Pet.de Anch.
in.d.c.canonũ statuta.de cõsti.vtrũ aũt absentes sint spãliter
citandi,& de quo loco,vide in.c.psentiũ.de testi.in.vj.&.c.cũ
in electi.de ele.in.vj.& in.c.corã.eo.tit.in antiquis.& vide qđ
no.Bal.in.l.nulli.quod cuiusq; vni.nomine.& Bar.in.l.iij.de
decre.ab ordi.faci.& glo.in.d.c.psentiũ.dicit,quòd regulari-
ter absentes non sunt citandi:nisi in tribus casibus ibi nota.
Quod limita,nisi tractaretur de aliquo faciendo ĩ præiudiciũ
absentium.Ita solet intelligi glo.in.c.ij.de hisq̃ fiunt à maiori
parte capituli.p.c.j.ver.cõstitutũ.Sed do.Abb.dixit ibi posse
dici,quòd glo.in.d.c.psentiũ.intelligitur in oĩbus causis ar-
duis,& grauioribus.Nã casus excepti p gl.in.d.c.ij.sunt fauo
rabiles:& ideo debent extendi ex idẽtitate rõnis ad omnes ca
sus graues.Pro hoc tex.cũ glo.in.c.dilecto.de cõfirma.vtili &
inutili.& glo.no.de condi.& demõ,vbi casus exceptus à regu-
la,extendit ad alios habẽtes eãdẽ rõnem.Et idẽ sentit Inno.in
c.ij.de ope.no.nun.&.d.An.in.c.j.& fi.de maio.& obe.vide
Imol.in.c.cũ oẽs.de cõsti.Et adde,quòd absentes nõ sunt citã
di,vbi esset præfixus à lege,vel statuto certus terminus ad ali
quid faciẽdũ,qui terminus interpellat absentes.Ange.in.l.si-
5 cut.in fi.quod cuiusq; vni.no.Alex.¶ †No.quòd hic dicitur
in tex.solenniter &c.quòd intellige sono tubæ,vel cãpanæ,vt
dicit glo.Quod dicit sono tubæ,intellige & voce pconis hoc
dicẽtis.& debet constare,ꝙ pconi sit cõmissum,arg.l.neminẽ,
C.de exh.reis.& hic dũ dicit,debet fieri iussu magistratus.Pos
set etiã fieri sono tubæ,vel campanæ:tamẽ si statutum vel con-
suetudo esset,ꝙ tali sono cõsiliarij dicerentur vocari:seruan
da esset consuetudo,vel statutum.ita posset intelligi hic.

6 Additio. †¶ No.de citatione p tubã,vel campanã.
Adde ea,q̃ dixi in.l.nõ põt.ff.de iudi.& vi-
de quod glo.no.in.c.grauẽ.de sen.excõ.An aũt isti sic citati di
cantur contumaces:vide Bar.in extrauag.ad reprimẽdum.in
ver.citari.& ibi dixi.Quot aũt repræsentiones habeat sonus
cãpanæ,& tubæ.vide Bal.in.l.j.C.de dedi.lib.tol.Alexand.
7 ¶ †No.ꝙ cõsilium debet vocari in loco publico:vt hic,dum
dicit:ad curiam.Simile in.l.si quis.in fi.de legationibus.& ĩtel
lige locũ publicũ,vbi publicè officiales habitãt,& curiã tenẽt
p hoc facit,tex.dũ dicit hic in curia.&.ff.de iniu.l.lex cor.§.
demum.Barto.

Additio. ¶ Adde Bal.in.l.ij.C.de eden.& ibi dicit,
ꝙ in actibus publi.nõ habeat locũ procla
matio.Alex.Adde,an propositio facta per personã inhabilẽ
valeat?& dic,quòd sic.l.vniuersis.C.de preci.impe.offe.Pau.
de ca.in.l.j.in princip.ad.l.fal.Itẽ adde quid si propositio est
facta super materia prohibita vt si statutum dicit:quòd tale
qd non possit proponi:an reformatio inde facta valeat?dic,vt
8 p Bar.in.l.j.de petitio.bo.subla.Alex.¶ †No.quòd p supio-
rẽ debet fieri propositio in cõsilio.quod colligit hic,dũ dicit
magistratus decurionũ faciant noĩationẽ.Debet ergo ĩter eos
pponere maior.simile in.l.ij.ad velle.Puto tñ,ꝙ si de ppposi
tione nõ apperet,& constaret de volũtate cõsilij,ꝙ valeret:vt
9 d.l.si qs.in fi.de lega.&.ff.de legi.de quib9 ĩ fi.¶ †No.ꝙ licet
magistrat9 faciãt iurisdictionẽ:tñ ipsi nõ reformãt,sed cõsiliũ,
vt patet hic:qa magistratus curãt,ꝙ decuriones faciãt electio-
nẽ:ipsi ergo decuriones faciũt mãgistratu ĩstigãte,& pponẽ
10 te,qđ no.¶ †Itẽ no.ꝙ de iure cõi ad cõsiliũ ciuitatis spectat
c facere electiones officialiũ & syndicorũ.[c] facit.j.l.pcuratores.
Et sic nõ erit opus arẽga:vel adunantia generali.arẽga tamen
seu parlamẽtũ illud vbi nõ est aliqs superior,habet ab initio
cõsiliũ eligere:vt.l.ij.circa prin.ff.de orig.iur.Istud consiliũ sic
electũ postea representat totũ populũ:vt no.s.quæ sit lõg.cõ-
sue.sup rub.De istis cõsilijs.facit mẽtionẽ gl.optime.ĩ.l.ita tñ.
11 ĩ princ.ff.ad Treb.¶ †Vltĩo no.ꝙ electio debet notificari ele
12 cto.¶ †Itẽ no.ꝙ ille,q nominat aliquẽ ĩdebitè.tenet ad supt9.

SVMMARIVM.

1 *Excusationi,quam quis habet propter maiorẽ ætatẽ,renũciare potest.secus quando propter minorem.*
2 *Cancellari de matricula excausa qui rectè petit.*
3 *Priuilegium perditur per pactum contrarium.*

1 CVm decurionatus. †Not.ꝙ excu
sationi,quã qs
habet propter ætatẽ maiorẽ,renunciare potest:secus
si propter minorem:quia tunc excusatur propter imbecilli-
tatem consilij,& eorũ imbecillitas est in renunciatione.l.do-
li.§.diuersum.ff.de noua.&.l.si iudex.ff.de mino.&.l.si intra
2 ff.de in integr.restit.mino.¶ †No.nouum modũ agendi:pe-
tõ me cãcellari de libro decurionũ,vel de matricula scholari
3 um,quod posset peti ex iusta cã aliâs nõ.¶ †Nota,quòd per
pactũ cõtrariũ priuilegio,quis perdit priuilegiũ.quod no.
Istud nota.facit cõtrahẽtes priuilegiũ,ꝙ credatur eorũ libro
Nam si falsum dixerit,illud priuilegiũ amodò sibi non valet.
Cui adde.c.cũ accessissent,in fi.de cõst.& ĩ.l.fi.C.de iure do.
impe.Limita tamen,nisi ĩ tali priuile.contineatur reseruatio
Principis,vel supioris.Nã tũc p cõtra factionẽ,vel actũ cõtra
rium,nõ admittit:vt est tex.in.c.cum tpe extrà de arbi.& vide
ad hoc no.p Barto.in.l.vsum aquæ.de aq̃ duc.& ꝙ ibi scrip-
si,lib.x.Facit quod dicitur,ꝙ priuilegiũ amittit authoritate
cõcessa abutẽs.aut.statuimus.in fi.C.de epis.& cle.vbi iudex
laicus denegans facere iustitiã clerico,amittit iurisdictionẽ,
quam habet.Alex.

SVMMARIVM.

1 *Feudum concessum alicui pro se,& filijs,quòd transit in adoptiuos,*
2 *Priuilegium perditur per actum contrarium.*

¶ LEX IIII.

CVm adoptiuum. ¶ Filius adoptiu9
habet priuilegium
filij decurionis.h.d.Bar.

1 Additio. †Ista.l.est argumentũ,ꝙ si mihi fuit conces
sum feudũ & filijs per rescriptũ Principis
quòd illud trãsit ad filios adoptiuos.Nã vides hic,ꝙ priuile
gium concessum patri & filio,trãsit in adoptiuos.tene bene
2 menti.¶ †Not.etiã,ꝙ per actũ cõtrarium priuilegio qs per-
d dit priuilegium:quasi renunciet priuilegio.[d] Ange.

¶ LEX V.

FIlios. ¶ Filij familiâs possunt esse consiliarij.&
pater tenetur pro eis,si cõsenserit.Item mi
litans potest esse consiliarius.h.d.Bar.

a ¶ Antiquior.Adde quæ ad hoc habẽtur p Feli.in.c.cũ oẽs.in.xxij.colũ.in princ.de cõsti.& pulchrè nota.in.d.c.j.in.ij.colũ.de ma,& obe.al leg.hic.

b ¶ Si non apparet.Adde ad hoc oĩno.Ale.ĩ.l.nulli.ff.quod cuius.vni not.& Pañ.in.c.q̃to.nu.vij.& qđ ibi posui in apo.ad eũ,in vers.noĩa singulorũ,extra de his,q̃ fiunt à p̃la.sine consen.c.

c ¶ Officialiũ & syndicorum.Tu dic breuiter distĩguẽdo inter syndicũ vniuersitatis & collegij:vt per Bal.in l.si ita.ad fin.ff.de ser.reip.manumi.et no.iste ĩ.l.actor.ver.videamus prĩmũ.ff.rem ra.hab.

d ¶ Priuilegio.Adde Bal.in.l.ij.& ibi no.C.de iu.do.impe.& Bar.& Ale.in.l.beneficium.ff.de consti.princ.in fi.& Ab.in.c.suggestũ.de decimis.& Car.in cle.sæpe.§.si tñ.ij.q.de ver.sig.& oĩno.d.Alex.cõsi.cxcvij.ij.parte.

SVMMARIVM.

1 *Illiteratus potest esse potestas & rector ciuitatis.*

¶LEX. VI.

EXpertes. ¶Illiteratus potest esse decurio hoc dicit, ista.l. facit ad id, quod
1 no.in.l.fi.§.de sen.ex breui.reci.f.ꝙ†Potestas & Rector ciuitatis potest esse illiteratus.glos.format contraria, & non soluit. Tu solue, ꝙ ibi ad executionem officij requiritur scientia literarum.Bar.

¶LEX. VII.

LIcet. ¶Vnus frater non tenetur pro alio in officio delinquente:licet bona non sint diuisa hoc dicit. Facit ad hoc.ff.pro socio.l.si fratres.§.idē respondit.aliâs est,l.si inter fratres. Adde,ꝙ etiam non tenetur frater, si esset socius omnium bonorum, per tex.in.l.cum duobus.§.pe.& fi.ff.pro socio facit.l.si societatem vniuersorum.eo.tit.& voluit.d.Marti.de Laude,in consilio incip.vt clarius constitutionis.Alex.

SVMMARIVM.

1 *Infamia, an adimat honorem ipso iure? remißiuè.*

¶LEX. VIII.

INfamia. ¶Qui perdit visum, non perdit officium. Secus si infamaretur hoc
1 dicit. ¶†Quæro, vtrum infamia adimat honorem
a ipso iure.[a] glos.tangit hic.plenius dicemus in.l.ij.j.de digni. lib.xij.facit,quod nota.per Dy.in.c.infamibus.de regu.iur. lib.vj.Barto.

a ¶Vtrum infamia adimat honorem ipso iure. Tu vide Ro.sentiētē, quod ipso iure, rationibus positis per eū cōsil. cccccvj.inci. fuit à me quęsitū.

SVMMARIVM.

1 *Pater propter filios habet honorem.*

¶LEX. IX.

1 INalbo. ¶Qui habet filios, præfertur non habenti hoc dicit.Bar.

1 Additio. ¶Nota.†patrem habere honoré propter filium, vt hic.& filij propter patrem.s.eo. l.cum adoptiuum.Ang.An ista.l.habeat locum in filijs naturalibus tantum? tex.ꝙ sic in.l.qui filiū.de iure delibe.&.l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Trebel.&.l.hæredes.eo.titu.&.l. Iulianus de ritu nup.&.l.generaliter.§.cum autē.C.de insti.& substi.sub condi.fac.In contrariū tamen est veritas in causa huius.l.Text.est singularis in.l.excusantur.§.legiones.ff. de excu.tu.allegatur per Ro.in singularibus suis in litera.F. in no.xxij.& ibi ponit quid in spurijs.Item quid in adoptiuis habes casum singularē,ꝙ non habet locum etiam in illis, instit.de excu.tu.in prin.vel in.§.j.quem allegat vbi proxi. pro singu.Roma.Alexā.¶Not.l.quia casus nouus est:& fiet ista prælatio in ordine sedendi, scribendi, arengādi. Facit.j. de consuli.l.j.& de albo scriben.l.j.Bar.

b ¶Ca.sicut.Et ibidem vide Panor.ī iij.col.versicu. ex gl.quæro. iuncto ver.seq.& Fel. in c.cum Io.& And. de reg.iur.

¶LEX. X.

SI vltra. ¶Qui excedit annum septuagesimum, habet excusationem à muneribus personalibus hoc dicit.declara istam.l.vt in glos.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas denotat priuilegium, non pœnam.*
2 *Infamis electus iudex non potest se excusare.*

¶LEX. XII.

1 NEc infames. †¶No.ꝙ verbū immunitas denotat priuilegiū nō
2 pœnam. ¶Item per hanc leg.dixit† Innoc.quod si aliqs infamis eligitur iudex, nō pōt se excusare, nisi ab alio opponatur:ita notat per eū, extrà de rescri.c.scifcitatus.in prin.in gl.infamiam.in fi.Quod an sit verū, dicā.j.ti. j.l.ij.Exceptio infamiæ non potest opponi gerenti officium publicum.Adde, quòd idem ponit Barto.in.l.militibus.de test.mili.Limitatur hoc,nisi in his, quę ptinēt ad eius officiū. si infamaret propter delictū, cui posset opponi exceptio falsitatis:qua opposita, si cōdēnet, non pōt amplius conficere instrumenta:secūdū doc.in.d.§.militibus.de quo p Bar.in.l.ea. ad.l.Iul.repetūd.p An.& alios ī.l.si quis ex argētarijs.§.j.ff. de edēdo.Ale.

SVMMARIVM.

1 *Præses prouinciæ, quando poßit dare excusationem à muneribus in perpetuum?*

¶LEX. XIII.

1 AMuneribus. †¶Illud quod dicitur, ꝙ pręses sua sententia nō potest dare excusationem in perpetuum:est verū, nisi excusaretur propter morbum, quē cōstaret esse perpetuum: vt.ff.de excu.tu.l.non solum.l.fin.&.l.idem vlpia.Item hoc est verū, quando pręses principaliter pronunciat super hoc excusando:secus si propter delictum: Tunc enim perpetuò, non permitteret ipsum ad decurionatus officium:vt.j.l.pro. xi.&.l.infamia.s.eo.titu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius quilibet ex causa potest immunitatem à muneribus concedere.*

¶LEX. XIIII.

NEmo. ¶Nullus iudex pōt īmunitatē à muneribus cōcedere:sed solus prīceps ex
1 cā.h.d.¶†Istā.l.intelligo, qn aliquis vult cōcedere ex cā nō expressa à lege:aliâs pōt qlibet iudex ordinariꝰ, ad quē appellat:vt.j.q æta.& qui nū.liber.p totū.

SVMMARIVM.

1 *Tabellionatus officium est uile.*
2 *Instrumenta confecta ab aduocato, tenent, licet tabellionatus officium excercere non deberet.*
Clerici non debent officium tabellionatus exercere:tamen si conficiunt instrumenta, ualent:& an possit esse tabellio? nu.4.
3 *Notarius non matriculatus, si cōficit instrumenta, quòd teneantur non obstante statuto:quòd non descriptus in matricula, non conficiat instrumentum.*

¶LEX. XV.

VNiuersos. ¶Consiliarij nō debent exercere officium tabellionatꝰ.h.
1 d.¶†Ratio:qa officiū tabellionatus est vile:& sic no.cōtra aduocatos,q officiū tabellionatꝰ exercēt.

2 Additio. ¶Vide etiā per Bal.in.l.j.§.j.in pe.col.de iust.& iu.& ibi ēt per Bar.Alex.¶†Puto tamen, ꝙ si fecit instrumenta, valerēt:licet non deberet face-
b re.Pro hoc extrà, ne clerici, vel mona.c.j.&.c.sicut.[b] vbi plenius dicitur, ꝙ clerici non debent exercere officium tabellionatꝰ:tn̄ si exercent, valent instrumēta:licet puniātur quod est notandum:& dic vt ibi.& vide glo.no.in.l.hac consultissima. §.si quis aūt.in ver.depositiones.s.de testa.

3 Additio. De hoc in Specu.de.instrum.edi.§.restat ver.quid de liberto†¶No.ad statuta dicētia, quòd nullus notarius:nisi sit in matricula descriptꝰ, faciat instrumēta:contigit, ꝙ notarius, q nō erat in matricula, fecit instrumentum:an valeat? ex prædictis not.ꝙ sic.Ange.

4 Additio. †An clericus possit esse tabellio:vide bar.& doc.ī.l.seruus.ff.de testamē.& ad no.hic per Bar.vide Bal.in.l.ij.ad fi.de sententijs & inter.omni.iudi. Instrumentum tamen prius factū, deberet authēticari, p not. per Bar.in,l.nec patronus.s.de ope.lib.& quę not.in.l.si qs ex argētarijs.§.j.ff.de edē.& bona glo.in aut.de tabelli.in.§.j. ver.documentis.& glo.Io.And.in.c.vt officium.§.j.verbo, p̄missa de hære.in.vj.De hac materia per Ange.in.l.prætor.§. is etiam.& in.l.si qs ex argētarijs.§.j.ff.de edēdo.Alex.Et sic no.cōtra aduocatos:licet aduocati, & similes oīno nō debeāt exercere officium tabellionatꝰ:si tn̄ exercent, quod fit p ipsos, tenet.& p Bar.in.l.generali.vbi gl.tangit.j.de tabul.Item notarius effectꝰ clericus, an possit exercere officium tabellionatꝰ? Limita tamē.c.sicut.hic allegatū nō habere locū ī īqsitione.& sic in causa inquisitionis hæresis:qa potest esse tabellio:vt est tex.in.c.inqsi.de hæret.lib.vj.Et adde, ꝙ licet non possit officiū exercere, pōt tamē illa, quę cōfecit an̄ clericatū, extrahere:secūdū Bar.in.l.j.§.si penes.ff.de tabulis exhi.Sed an valeat statutum, ꝙ clerici, qui non possunt aliâs exercere offm̄ tabellionatꝰ, possint, & instrumentis suis detur talis fides, ac si scripta essent manu publici notarij? dic, ꝙ sic.vt Bal. dicit in.l.j.in.xiij.col.C.de summa tri.vbi allegat tex.ī.c.dilectus.de fide instr.vbi optimꝰ casus.Item adde, ꝙ in fauorem ecclesiæ suæ potest clericus instrumentum conficere. Exemplū, si scribit testamentum vnius, qui instituit ecclesiā suā hæredē, ita voluerūt Io.an.& do.An.in.c.cum inter nos.de quo dicto fecit festum.d.Matthesillanus in suis notabilibꝰ, nota. lxxxvj.Et quid in monacho.an oīa p̄dicta habeant locū ī eo? vide Bar.& ibi dixi in.d.§.si poenæ.Et ad Pe.dictum vide Ro. in suis singularibus in lit.N.in.vj.no.Alex.

SVMMARIVM.

1 *Actor accusans coutumaciam rei, non debet recedere à foro, nisi licentiatus.*
2 *Ambasiator quis cogi potest, vt sit:& debet portare literas de licentia & mandato suæ ciuitatis.*

¶LEX. XVI.

SI quis. Consiliarij non debent recedere à ciuitate sine licentia:aliâs puniuntur.hoc dicit.Barto.

Additio

1 Additio. †Hęc lex allegatur:ꝙ actor accusans contumaciā rei,nō debet recedere à foro,nisi licentiatus.facit gl.in.l.si finita.§.iulianus.de dam.infec.& ibi Ange.de Are.& in.l.properādum.§.j.C.de iudi. & ꝙ habet in.c.j.extra de do.& contu.Alexan.¶†No.ꝙ qs potest susci-
2 pere ambasiatam:vt hic no.in glo.& patet in tex.ibi dū dicit cogitur Secundo not.ꝙ ambasiatores debēt portare literas psonatas,vt appareat de licētia,& mādato suę ciuitatis va dant:quia hic colligitur secundū vnam recturā, prout dicit, quòd habere literas debent:potest tamen aliter intelligi: sed non curo.Barto.

¶LEX. XVIII.

SI ad magistratum. ¶Si acceptando officiū fuerit qs contumax,loco eius alius eligitur,qui interim bona contumacis habebit:& contumax duplicato tēpore habet officium exercere.h.d.Barto.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia exemptionis debent intelligi sine damno aliorum.*
2 *Rescriptum,quo conceditur immunitas non ualet,& quando.nu.4.*
3 *Ciuitas,uel consilium,non potest concedere immunitatem : & quando. nume.6.*
Rescriptum concedens immunitatem,quid continere debeat?

¶LEX. XIX.

VAcuatis. Rescripta cōcedētia immunitatem sunt cassa:nec valent,etiam si cōsensu decurionum,vel curiæ fuerunt concessa.h.d.Bar.
1 Additio. Hæc.l.†allegatur,ꝙ priuilegia exemptionis debent intelligi sine dāno aliorū.cū.l. ista cōcor.l.ij.§.si quis à Principe.ff.ne quid in loco publico. &.l.omnes.s.de anno.& trib.&.l.actores.de exac.trib.Alex.
2 ¶†No.duo.Primò,ꝙ non valet rescriptum,quo conceditur
3 immunitas.†Secundò nota,ꝙ ciuitas,vel consiliū non potest ciui concedere immunitatē.Ad primū opponitur de excusa.
4 mu.per totū.& de vac.mu.l.j.†Sol.lex bene potest cōcedere: vt in cōtra.rescriptū tamē nō valet:vt hic,quod intelligo,nisi esset dictū nō obstante tali.l.vt.l.fi.si cōtra ius,vel vti.publi.
Additio. Adde Bal.in.l.omnium.per illum text.de vecti.& cōmis.& rescriptū nō potest remit-
5 tere datia,gabellas,& collectas.Alexā.¶†Quæro quid debet continere rescriptum concessum non ob.tali.l.ad hoc,vt habeatur plena immunitas?Respondeo debet dici à muneribus personalibus & realibus.In dubio enim talia realia nō intelliguntur remissa:vt.l.iij.j.de mune.pa.Itē debet dici à muneribus & oneribus:aliâs ab oneribus non haberet immunitatem:vt.l.cui muneris.ff.de mune.& ho.Item debet dici, ordinarijs aliâs & extraordinarijs:in dubio solum crederetur extraordinaria esse remissa:vt.l.is qui.&.l.in honoribus.§. qui muneris.ff.de va.& excu.mu.& videtur tāgi per gl.Dixi de hoc in.l.ij.ff.de iure immunitatis.Bar.
Additio. Item debet dici,à muneribus & oneribus: quia licet aliâs quis habeat immunitatem à muneribus:non tamen habet ab oneribus.l.cui muneris.ff.
Additio. Vide gloss.in.l.j.§.si hæres. ad Trebe. licet Fran.de Are.ibi reprehendat illam gl. quia

ille tex, loquit in ciuitate, quę nō habet priuilegiū hypothecę. l. ij. §. de re pig. & in l. simile. ff. ad muni. vnde dicit, ꝙ hic est specialis casus. vel potes soluere, vt per gl. & Bar. in l. j. §. de debi. ciui. ¶ † Not. hic casum: ꝙ actio personalis sequitur fundum. de quo dixi in l. ij. §. tit. iij. regulariter contra: vt. l. j. §. si heres. & §. si ex fundo. ff. ad Trebel.

Ne quis liber inuitus. Rubrica.

¶ LEX. I.

SI vt proponis. ¶ Ibi inter officia. i. actus, siue ministeria, & sic impropriè ponitur. Nam nihil ꝙ sit officium, propriè seruus habere posset cum officia publica conueniant liberis tantum. Et per hoc litera, quæ dicit murilegulos & vastagarios habere dignitatem, statim propriè. cū illi murileguli sint serui: vt no. in gloss. rubricę illius ti. Patet ergo: ꝙ dignitas, vel officium non potest per eos exerceri, cum dignitatis vel officij serui non sint capaces. vt. §. si seruus: vel liber ad decu. aspi. l. j. & ij. & de tabu. l. generali. patet ergo, ꝙ non est officium, nec dignitas. Bar.

Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere. Rubrica.

¶ LEX. I.

CVm ad munus. ¶ Si vnus ex pluribus officialibus electus, expensas totius muneris supportauerit, pro rata eas repetet à collega. h. d. Not. pro eo, quod vidistis. §. de leg. l. ij. libr. x. Barto.

De his, qui ex offi. quod admini. coueniuntur. Rubri.

¶ LEX. I.

FOEnoris. ¶ Reipublicę debitor, si reperitur minus idoneus administrator, tenetur ad sortem, quā ei mutuauit: nō autem ad vsuras tenetur. Bar.

De solutionibus & liberationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Soluere non dicitur, nec liberatur, qui rectè non soluit.*

2 *Pecunia soluta administratori ciuitatis, & non rectè, non præsumitur uersa in utilitatem ciuitatis.*

¶ LEX. I.

CAutiones. ¶ Apochę de soluto à seruis publicis confectę, ita demū debitoribus soluentibus prosunt, si à curatore reipubli. sunt subscriptę, aut pecunia soluta in vtilitatem publicam est conuersa: & non aliter. & si dolo serui publici debitor soluerit pecuniam curatori, nec in vtilitatem publicam est conuersa, tenetur curator de peculio eius serui:

1 & debitor remanet obligatus. h. d. ¶ † Et not. ex hac. l. quod non dicitur soluens pecuniā soluere, nisi rectè soluat: & ideo soluens non liberatur. licet tū non liberetur, non potest conueniri, nisi in subsidium: vt. §. de conuer. fis. debi. l. ij. libro. x.

2 ¶ † Vltimò not. ꝙ quādo pecunia soluitur administratori ciuitatis non rectè: ꝙ non presumitur versa in vtilitatem ciuitatis: nisi probetur. Eodem modo si solueretur minus rectè tutori, vel curatori. quod no. Bar.

De spectaculis, & scenicis, & lenonibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Consensus populi in agendis attenditur, licet primates reluctentur.*

¶ LEX. I.

NOn inuidemus. ¶ Hic imperator permittit quibusdam, qui scenici appellantur: celebrare spectacula: maximè cum ipsi velint ea facere suis expensis,

1 hoc dicit in gl. cōsentientes. ibi vel populi in agendis. ¶ † No

a ta, quòd sufficit consensus populi[a] in agendis: licet reluctētur primates.

a ¶ Sufficit cōsensus populi. Adde istū in rubri. §. de resc. ven. versi. itē si collegiū. & in l. maiorem. ff. de pac. & alexand. oīno in l. ꝙ maior. ff. ad muni. & dixi post Iac. rebuf. i. l. cū te. nu. j. §. que ci. mu. indi.

b ¶ Liciti. qs ludus sit licitus, vide Oldra. i cōsi. lxxviij. & d. Soxi. in cōsi. xvj. ici. circa prædictā cōsultationē vet. verū prędictis non obstantibus. cum versi. seq. in. j. parte char. xvj.

c ¶ Emācipare. Adde Spe. in titu. de adul. versi. porro.

¶ LEX. II.

EOs qui. ¶ Deseruiētes sacris ludis, nullo afficiunt supplicio. h. d. Et ratio: quia

b tales ludi sunt liciti[b]: ideo ludentes non infamant. hic non sunt alia.

¶ LEX. III.

QVisquis. ¶ Accipiens equum deputatū spectaculis, & eo vtēs ad sui cōmodum in vna libra auri punitur.

¶ LEX. IIII.

SI qua. ¶ In loco, in quo imagines principis consecrantur, non debent fieri spectacula turpia: puta corporis. vel vestis verecundę: in alijs locis non prohibetur. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Impedientes equos currentes ad brauium puniuntur.*

¶ LEX. V.

NEmo. ¶ Nullus iudex debet festiuitates ciuitatis impedire, animalia necessaria ad ludos tollēdo, vel aliud faciēdo, per ꝙ impediat publica festiuitas. contrafaciens, vt violator legis in libris. l. punit. h. d. ¶ Et not. contra iudices tollentes equos deputatos

1 ad currendū ad pallium. de quo hic vt ista gloss. ¶ † Et not. istam. l. contra eos: qui ragatios existentes super equos currētes ad brauium impediunt, faciendo eos ire ad alium locum, expauendo equum currentem ad brauium: vel faciendo eum cadere, vel equum, ne currat, ꝙ punitur tanquā legis violator vt hic. Bar. Adde idem esse in creditore prostituente ancillā sibi datam in pignus. l. eleganter. §. fi. de pig. act. & in prostituente illam, quam redemit ab hostibus. l. fidissimè. ff. de capti. & no. gl. in d. §. fi. in gl. fi. Alex.

SVMMARIVM.

1 *Pater cogitur filium emancipare.*

¶ LEX. VI.

1 LEnones. ¶ † Si patres. vel domini, filiabus vel ancillis peccandi necessitatē imponunt, priuantur dñio, & patria potestate: et possunt dictæ filiæ vel ancillæ adire defensorem, vel episcopū, vt eas liberet à tali miseria. & si insistunt faciendo eas peccare, puniuntur pœna huius. l. h. d. ¶ Et no. hāc. l. cōtra patres prostitui permittentes filias. No. contra lenones qui tenent mulieres in prostibulo contra earum voluntatem.

c Additio. ¶ Not. ex ista. l. casum in quo pater cogitur filium emancipare.[c] Sunt & alij casus, qui notantur insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. fin. & l. non potest. de adop. & in authē. qui. mo. nat. effi. sui. §. generaliter. co. vij. facit. §. de epi. & cle. l. si lenones.

De expensis publicorum ludorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia deputata ad usum uoluntarium, in causam necessariam sine permissu Principis conuerti potest.*

2 *Pecunia deputata ad unum usum, si in alium conuertitur, finito illo usu, remanet usui primo.*

¶ LEX. I.

CVm. ¶ Pecunia deputata ad spectacula, ad refectiones murorum potest conuerti: & ipsis refectis, causa pristina rema

1 net firma. hoc dicit. ¶ † Not. ex hac. l. quòd pecunia deputata ad vsum voluntarium, absque permissu Principis potest conuerti ex causa in vsum necessarium: secus si esset deputata ad vsum ne

2 cessarium: vt vidistis in l. ij. §. de his: quæ expu. colla. ¶ † Vltimò not. ꝙ quando pecunia ex causa deputata in vnum vsum conuertitur in alium: quod finito illo vsu: remanet pecunia deputata vsui primo. quod no. Bar.

De aquæ ductibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Aquæductus publici, si transeunt per priuatum, debent habere latitudinem quindecim pedum, si per publicum, decem.*

Arbor præsumitur mittere radices per. xxv. pedes.

Lex. I.

¶LEX. I.

AQuarum. ¶Illi, per quorũ prædia aqua publica transit, à sordidis muneribꝰ sunt immunes. Sed aquęductus foueas purgare tenentur. & si fuerint uegligentes: eorum prædia publicantur. Item inter dextram & sinistram locorum, per quos talis aquæductus decurrit: debet esse latitudo. xv. pedum. & si in dicta latitudine arbores pullulauerint, sunt excidendæ. h. d. ¶ Et no. hic de dex
1 tra & sinistra. ¶ † Item not. ꝙ quando publicus aquęductus ꝑ
transit per locum priuatũ, semper talis aquęductus debet ha
a bere locum. xv. pedum,[a] in quo nullæ sint arbores. Sed si aliquæ nascantur, excidi debent. Si verò per publicum locum
facit transitum: debet esse latitudo. x. pedum: vt. j. omnis. §. su
2 per his. ¶ † Item no. ꝙ præsumptio iuris est, ꝙ arbor radices
mittat extensas per. xxv. pedes. Bart.

¶LEX. II.

SI quis. ¶ Deriuans aquam ex publico aquæductu ad fundum suum, priuatur fundo. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Beneficium Principis strictè intelligitur contra abutentes.

¶LEX. III.

EOs. ¶ Habẽs authoritatẽ ducendi aquam de publico aquæductu debet ipsam ducere per castellum, vel aliud paruum foramen: ne fistulæ matrices corrumpantur. contrafaciens officium perdit & benefici
1 um, & punitur corpore. h. d. ¶ † Nota, ꝙ abeuntes suo beneficio perdunt ipsum: & ꝙ hoc casu beneficium Principis strictè interpretatur: aliàs contra. s. de bo. vacan. l. si quando. ff. & de consti. princi. l. beneficium.

SVMMARIVM.

1 Vsus aquæ publicæ ꝙ præscribatur per tantum tempus, ꝙ memoria in contrarium non existat.
2 Vtentes priuilegio multum strictè, non possunt eo uti magis largè.

¶LEX. IIII.

VSum. ¶ Ius hauriendi aquam. vel eam vertẽdi de publico aquæductu, non turbatur si tanto tempore quis est vsus, ꝙ eius contrarij memoria non existat. ¶ Item rigantes agros, vel hortos furtiuo modo de publica aqua, aquæductu priuantur. h.
1 d. ¶ No. hic vsum aquæ ducendę posse præscribi tanto tempore, quo eius in contrariũ memoria non existat: longo autem tempore non præscribitur: vt. j. e. diligentes. ¶ Hoc dictum facit contra id, ꝙ no. Bar. in. l. i filijs. de decurionibus. & ibi scripsi. Et sic priuilegium per actũ contrarium tollitur. Alexan.
2 ¶ † No. l. istam contra illos, qui habent priuilegium nimis largum de aliquo faciendo: & illo priuilegio vtuntur multum strictè qa nõ poterũt posteà eo vti magis largè, ꝙ fuerũt vsi. Bar. ¶ De quo per Bar. in. l. fi. ver. quæro quãto tẽpore. ff. de consti. princ. adde etiam ꝙ no. Bar. per illum tex. in. l. j. de his qui sponte munera sub. li. x. & Archi. xxv. q. ij. in summa. per Bar. in. l. iij. de decu. per illũ tex. per doc. in. c. fi. de consue. in vj. & Io. an. in. c. ij. de immu. eccle. & in. c. suggestum de decimis. Et quanto tempore amittatur priuilegium per actum cõtrarium, dixi in. l. j. s. de his qui sponte mune. sub. Alex.

SVMMARIVM.

1 Aquæ usus si pluribus conceditur, officio iudicis inter eos diuidi debet.
2 Iudex, qui se intromittit officio ad eum nõ spectante, acriter punitur.
3 Rescriptum præsentantum corã incõpetenti, non potest corã competenti præsentari.
4 Frumentum ciuitatis, quando de eo debetur alicui certa quantitas annalis, illi tribuitur quando de eo superest.

SI quis. ¶ Habens beneficium ducendi aquam ex publico aquæductu, debet ipsum intimare præfecto, non alij. & ille qui contra facit in quinquaginta libris auri punitur. Et si aqua in tm̃ abundat, ꝙ sufficit ciuitati, totum superfluum debet diuidi inter eos, quibus priuilegium est concessum ducendi aquam. h.
1 d. ¶ † Et not. diligenter responsum huius. l. ex quo habes, ꝙ
quando pluribus conceditur ius hauriendi aquam simul: ꝙ il
b le haustus aquæ debet diuidi inter eos pro modo iudicis.[b] ꝙ
2 bene not. ¶ † Vltimò no. ex principio huius. l. ꝙ iudex, qui se
intromittit de officio, ꝙ non pertinet ad se, punitur acriter.
3 ¶ † Not. hic, ꝙ præsentatio rescripti facta coram iudice incõpetenti, priuat me vti posse coram iudice competenti effectu dicti rescripti. Et dicit Ro. in lit. P. no. lxxj. ꝙ hæc præsentatio facit præsumi rescriptum surreptitium, vt hic, coniuncta glo. & vide Ro. in no. pe. litera. E. vbi dicit, ꝙ ex pręsentatione rescripti perpetuatur iurisdictio. allegat. Inno. & Hostien. in. c.
4 ex conquesti. de resti. spoli. Alex. ¶ † Item not. ꝙ si de frumẽto huius communis Perusij alicui debet tribui certa quantitas annalis: quòd tunc debet tribui, quando de frumento superest. per hanc. l. Barto.

SVMMARIVM.

1 Iudex licitè ingreditur domum alicuius, si timet, ne ibi fiat aliquod maleficium.
2 Rescriptum emanatum super aliqua re, super qua lex prohibebat rescriptum fieri tenet, si dicatur non obstante tali. l.

¶LEX. VI.

OMnis. Seruitus priuata aquæducendæ ad alia loca priuata ex aquęductu palatij Adriani, etiam per rescriptum est prohibita: cõtrafaciens in centum libris auri punitur. & debet esse latitudo aquæductus prædicti. x. pedum, munda omnibus arboribus. Et sicut præfectus formam dicti aquæductus fieri fecit: ita faciet obseruare. Itẽ præfectus prædictus potest domos & prædia priuatorũ ingredi. ac inquirere, an aliquis subtrahat dictã aquã.
1 No. ex ver. super his, illa verba, ex vtroque latere &c. ¶ † Vltimò no. ꝙ qñ officiales ciuitatis timẽt, ne in aliqua domo aliquod maleficiũ committatur, licitè & impunè possunt ingredi, & inspicere, an ibi fiant maleficia. facit. l. mancipia. s. de ser.
2 fugi. ¶ † In gl. siue ex certa scientia. No. bene. hanc gl. quæ tenet, ꝙ licet. l. expressè prohibeat, ꝙ rescriprũ Principis concessum super tali negocio, etiam ex certa scientia, non valet ipso iure: tamẽ si Princeps rescribit, & in rescripto dicit non ob. tali. l. valet. Bar. De hac clausula vide gl. magistrã in authẽ. de hered. & fal. in gloss. j. & doc. in. l. fin. si contra ius, vel vtili. pu. per Bartol. ad reprimendum. in verbo non obstantibus. Bald. & docto. in. l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis. cau. per Barto. & doc. in. l. si quis test. in principi. de le. iij. per Bal. in. l. humanum. C. de legi. per Sal. & doc. in. l. sancimus. de test. per Bal. & doct. in. l. nemo potest. de le. j. & per Are. insti. de ac. in. §. in bonęfidei. & in. l. si constat. de appel. Alex.

a ¶ Debet habere locum quindecĩ pedum. Adde Spec. in titu. de cã pos. & ꝓprie. §. iij. ver. est insuper.

¶LEX. ¶VII.

AD reparationem. ¶ Pecunia redacta ex vectigalibus ꝓ reparatione aquęductus, debet expendi, eam dando operarijs aquęductus: & habentes ius ducẽdi aquam ex publico aquęductu, nihil soluere tenẽtur fisco ex eo. h. d. ¶ Et no. ꝙ turpe esset ciuitati vendere aquam. Bar.

¶LEX. VIII.

HAc lege. ¶ Pręfectus conuertẽs aurũ aquęductus deputati ad aliquod opus, de suo resarcire debet: et aurũ prędictum in arca separata ab alia deponi. h. d. ¶ Et no. hanc. l. pro his, quę dicta sunt. s. de his, quę ex pub. ratio. l. ij.

b ¶ Iudicis. Adde Bal. in ti. de pa. cõstan. §. nos Romanorũ. iij. co. in. fin. ver. not. ꝙ ĩterdũ.

SVMMARIVM.

1 Vsus aquæ ducendæ ex publico, præscribitur tanto tempore, cuius initij memoria non est in contrarium.

¶LEX. IX.

DIligenter. ¶ Fons publicꝰ ab initio, vel ex postfacto publicus effectꝰ, vsui priuatorũ nõ applicabit, ex rescripto etiã super hoc impetrato. & sup hoc nõ obstat reipubli-
1 cę pręscriptio longi tẽporis. h. d. ¶ † Et sic non ob. s. e. l. vsum aquę. vbi vsus aquę ducẽdę etiã ex publico pręscribit. q verũ est tãto tẽpore, cuius memoria nõ existit: sed nõ lõgo tpe. vel hic loquitur in aquęductu publico solito stare vsui priuato. Sed prima placet: vt vidisti in contrario. Bar.

SVMMARIVM.

1 Res aliqua dicitur esse iuxta aliam, quando ab ea distat minus decẽ pedũ.

¶LEX. X.

DEcernimus. ¶ Nullus debet ex fonte puplico, aut ex paruis riuis, q minusculi appellantur, aquam subtrahere. & cõtra faciẽs ipsam restituere tenetur publicis aquæductibus. Itẽ iuxta publicos aquęductus nullus plantare arbores potest: ne aquæductui publico noceãt. contra facientium prædia publicantur, ad quę deriuata aqua fuerit, & arbores fuerint plátatę, & dicta pœna non remittitur etiam per sacros apices,

Item custodes dictarũ aquarũ de noĩe Principis signantur ĩ manibus, vt recognoscant, & nõ trahantur ad alium vsum: & nõ teneant hi ad angaria, vel perãgaria: & si aliquis ipsorum decesserit, in eius locũ alius est subrogandus cũ impressione dictorũ signorũ. h. d. vide ver. vniuersos. ¶ No. hũc ver. ꝓ eo ꝙ vidistis. s. de fabri. l. stigmata. & etiam. s. eo. l. oĩs seruitus.

1 de eo, qui habet vnũ nomẽ, & alio nomine nuncupat. ¶ †Itẽ

a not. de verbo iuxta[a]. Nã si res distat ab alia per decẽ pedes, non dicitur iuxta eam: vt. s. e. l. omnis. pro quo vide. ff. de ser. vrba. prędio. l. quidam iberus. Bar.

¶ LEX. XI.

Diuinam. ¶ Hęc. l. cõfirmat præcedẽtes. s. ꝙ nulli licet aquã ducere de publico aquęductu. & imponit alias pœnas. s. illas, quæ per leg. p ręcedẽtes imponuntur. ¶ Et not. etiam hãc legẽ, ꝙ qñ lex sequẽs imponit maiorẽ pœnam, ꝙ̃ leg. præcedẽtes ꝓ eodem delicto, ꝙ habet locũ pœna vltimæ leg. & etiã pcedẽtis quod est verũ. qñ lex sequens confirmat legem præcedentẽ: vt hic. aliãs secus: qa reus puniri non debet duabus legi. pro eodem crimine: vt. l. qui sepulchra. s. de sepul. vio. & ff. de accu. l. senatus. Vide Bar. in. l. sanctio. de pœnis. & aliquid dixi post Bar. in. l. senatus. eo. tit. Alex.

De uenatione ferarum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ducere rem ad domum, uel ciuitatem, ille dicitur qui eam ducit intra.*

¶ LEX. I.

Occidendorum. ¶ In isto ti. vult dicere, ꝙ qñ istę bestiæ feræ capiuntur per duces militum, & cõducũtur per aliquã ciuitatẽ vel comitatũ, nõ debẽt ibidem morari vltra septem dies. & no. hic de comitatu. ¶ No.

1 †ꝙ ille dicitur rem ducere ad domum, vel ad ciuitatẽ, qui ducit intra. de quo dixi plenius in. l. j. de naufra. Bart.

a ¶ Iuxta. De quo verbo vide tu latè & p Fel. ĩ. c. ex parte. de rescri. ĩ ver. ĩ clausula si pręces. & in. c. qa indicãte. de pscrip. circa fi. & ꝙ dixi ĩ apostil. in. d. c. ex pte. in loco. s. allegato. ¶ Tu vide de hoc verbo Bald. in. l. j. nu. j. & ꝙ posui in apost. in ver. de dictiõe, iuxta. C. de episco. & cle. dixi post Iaco. rebuf. hic nu. j. in ver. iuxta no. Nico. in. l. admonẽdi. ff. de iureiur. Old. consil. xlix. aliãs. cxviij. ĩ cip. in confessiõe cuiusdam doctoris. & Alex. cõsil. viij. volu. iiij.

De agricolis & censitis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Substantiua si duo ponãtur in oratione idem importantia, unum ipsorum adiectiuatur.*

1 ¶ In gl. rubricę ibi, adiectiuantur. Not. † ꝙ vbi ponunt duo substantiua in oratione idem importantia, ꝙ vnũ ipsorũ adiectiuatur per figuram endiadis: vt in exemplo Virgi. Arma virumq; cano. i. armatum virum. s. Aeneam.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à contrario sensu in iure ualidum est, & quãdo. nu. 4.*

2 *Vocari in ius potest tempore feriarum meßium, uel uindemiarum, non occupatus circa messes, uel uindemias.*

3 *Munera extraordinaria dicuntur, quæ non indicuntur lege, uel senatusconsulto, uel constitutione principum.*

4 *Clerici præstant canonicas functiones.*

5 *Immunis à muneribus si aliqua sponte soluit, non obligatur ad munera alterius generis.*

6 *Statutum puniens trahentem Perusinum ad curiam ecclesiasticam, non habet locum in trahente sponte.*

Statutum puniens extrahentem sanguinem de manu dextra, non habet locum in barbitonsore, à uoluntario extrahente.

¶ LEX. I.

Vnquã. ¶ Tẽpore, quo agricola insistit sectionibus. i. messis, vel vindemię. nõ vocat ad munera extraordinaria. h. d. Hęc lex de cõsuetudine nõ obseruat in Italiam rusticis & colonis nostri tẽporis, & est ratio: qa tales coloni nõ sunt cẽsiti, vel agricolæ, vel

1 alio modo terrę adstricti. Et est arg. †huius. l. à contrario sen-

b su, quod est validũ quandoq;[b]: vt. j. tit. ij. l. ij. quòd non occupatus ad messes vel vindemias, possit vocari in ius tempore dictarum feriarum: sicut hic agricolæ vocantur ad munera tẽpore messis, & vindemię quãdo non insistunt terræ. de quo

2 not. per glo. in. l. j. ff. de fer. & hoc in gl. ¶ † Ad euidentiam autem scias, ꝙ illa dicuntur munera extraordinaria, quę non indicuntur leg. vel senatusconsul. vel cõstitutione principũ. & istud est infallibile. Quãdoq; tamen licet indicantur leg. nõ sunt munera ordinaria, vt puta si indicantur p. l. ob necessitatem obuenientem. Illud enim munus ordinarium est, quod per leg. vel senatusconsultum, vel constitutiones principum indicitur tempore ordinato: puta de anno in annum: de quinquennio in quinquennium: vt. s. de vacatione. munerũ. l. j. &

3 de iudi. l. j. † In eadem gloss. ibi, cum clerici præstant. nota clericos præstare debere canonicas functiones. de quo in. l. pla-

4 cet. hic alleg. ¶ † In ea. gloss. ibi, nec enim semper. not. ex hac particula, ꝙ argumentum à contrario sensu non est semper validum in iure. ¶ In eadem ibi, quę sunt contra. solu. spe-

5 ciale est in casibus illarum. ll. & sic nõ ob. ibi. ¶ † In ea. glo. in fi. no. ꝙ immunis à muneribus, si quod subit sponte, nõ obligat muneribus alterius generis, siue ea subit sciens, siue igno-

6 rans. de quo in. l. penul. s. de his, qui sponte mu. sub. ¶ † Item glo. inuitus, ibi ex vi vocabuli iungũtur. No. ad statuta dispo nentia, ꝙ nullus trahat Perusinũ ad curiã ecclesiasticam sub tãta pœna. Nam hoc non habet locum in trahete sponte, sed inuitum: qa hoc est vi verbi, vt hic no. & est etiã vtile ad quęstionẽ statuti dicentis, ꝙ quicunq; abstraxerit sanguinem de manu dextra, puniatur. Non enim punitur barbitonsor qui trahit sanguinem voluntariò. & hęc est quęstio Raynerij disputata Bono. Bar. Vide Bar. idem tenentem in. l. omnes populi. in. vj. q. principali: & in. l. non dubium. ff. de legi. & per Bal. in. l. gracch[9]. de adul. & in. l. decuriones. in fi. de infa. & in aut. ingressi. in. ij. col. de sacrosan. eccle. vbi dicit de medico. Iaco. but. & doc. in. l. quãuis de in ius voc. vbi Ange. illud dictũ limitat, si ex causa ille fuit phlebotomat[9]. secus si sine causa pateretur se percuti: quia tunc percussor tenetur. ar. l. liber homo. la. j. ad. l. aquil. hoc idem voluit Bar. in. l. j. §. vsq; adeò. ff. de iniur. quem referunt & sequuntur moderniores in. d. l. quãuis. Alex.

b ¶ Qñq;. Et an, & qñ. vide Feli. ĩ. c. j. j. dis. in fi. ij. col. & ĩ. c. à nobis. de sen. excõ. ibi, no. ꝙ argumentũ. cũ nonnullis remissionibus positis p me. in apost. in. d. c. j. iij. distin. ¶ Adde Antoni. cor. sing. suis ĩ ver. argumẽtũ. & ꝙ dixi post Guilel. de cu. in. l. cõueticulã nu. j. in verb. semper ergo concludit. s. de epis. & cle.

SVMMARIVM.

1 *Venditio, si probetur pacto fieri ob utilitatem publicam, non potest cũ authoritate iudicis fieri: secus si ob priuatam.*

2 *Pactum, uel stipulatio contra bonos mores, ꝙ non firmetur iuramento.*

3 *Prædium minoris etiam sterile, non alienatur sine causa.*

4 *Colonus, qui ex forma statutorum, non potest prædiũ deserere intra quinquennium sub pœna: licitè deserit: si est factum sterile.*

5 *Colonus potest fundum deserere: si dominus ipsum molestet in cultura uel pacta innouauit.*

¶ LEX. II.

Si quis. ¶ Non potest quis vẽdere prędium, & eius retinere agricolas in dicto prędio existentes. hoc dicit. ¶ In gloss. ibi, contra pu

1 blicam vtilitatem. ¶ † Ex hoc patet, ꝙ vbi venditio rei inhibetur alicui propter publicam vtilitatem, quòd sicut priuata pactione non potest fieri venditio: ita etiã nec authoritate iudicis. secus si ob vtilitatem priuatam fiat prohibitio.

2 ¶ In ea. glos. ibi, item nunquid &c. ¶ † Not. ex hac gloss. ꝙ sicut pactum contra bonos mores non firmatur sacramento: ita nec etiam stipulatio. de quo in. l. non dubium. hic alleg. & in. l. stipulatio hoc modo. de ver. obli. ff. de fideius. cũ leg. In

3 gloss. vtiles. ibi, † respondeo idem. Ex hac gloss. argumentari potest, ꝙ ex quo prędij minoris interdicta est alienatio absque causa, ꝙ talis interdictio locum habet, etiã si prædiũ sit sterile: vt hoc prædiũ nõ alienet, absq; agricola & censito. Proquo vide, ꝙ no. ĩ. l. cũ hi. §. si vni. ff. de trãsac. & ff. de reb. eorũ. l. magis puto. §. nõ passim. ¶ In ea. gl. ibi. ecõtra colon[9]

4 &c. ¶ † No. ex hoc, ꝙ coloni nostri tẽporis, qui ex forma statutorũ nõ possunt intra quinquenniũ culturam agrorum deserere, hoc statuto nõ obstãte, impunè deserent, si terra est effecta sterilis, vt hic. & in cor. a sic. in glo.

Additio. ¶ Sequit Ludo. Ro. in. §. de viro. l. si verò ff. sol. ma. in. xj. limitatione primæ partis. Et hoc limitat primò nõ procedere in colono reipublicę habente non solũ agros steriles, sed alios fertiles, quia nõ potest deserere sterilia, nisi deserat fertilia. tex. est no. in. l. qui vtilia. de oĩ agro deserto. licet hoc facere possit colon[9] priuati. l. vniuersi. s. secũdũ vnũ intellectũ de fundis patrimonialibus. Alex.

5 ¶ † Item potest deserere, si dominus eum molestet in cultura aut cum dominus innouauit pacta: vt. j. eod. l. cum satis. §. teneant.

SVMMARIVM.

1 *Concesso accessorio inseparabili à principali, uidetur principale concessum.*

Idem quando concesio esset inutilis.

2 *Occupans prædium desertum, usq; ad quantum tempus poterit molestari.*

Seruus uagus dicitur, quando eius dominus est uagabundus.

3 *Vagabundus, quis dicatur: remissiuè.*

¶LEX. III.

QVisquis. ¶Facta donatione seruorũ fun-
di per Principem, videtur facta
donatio fundi:& ideo donatarius ad tributa fun-
di tenetur. Idem si aliquis occupauit seruos præ-
1 dij deserti domino patiente.† Ex hac lege apparet regula ge-
neralis, ꝙ vbicũq; alicui est accessoriũ ĩseparabile cõcessum à
principali, ꝙ videt̃ cõcessio facta ẽt principalis, vt hic:et ecõ-
uerso.l.iiij.§.fi.&.l.vlt.de ser.rust.prædio.sec⁹ si sit separabile
vnum à reliquo. Item vbi non potest fieri separatio, si fuerit
principale concessum tantum absque accessorio: ita ꝙ non
comprehendat accessorium, vel econuersò:vt.d.§.fi.Et ideò
hic concedens seruos inseparabiles à prædio, concesio esset
inutilis.nisi Princeps concesserit ex certa scientia:vt not.in
2 gl.¶†Vltimò no.ex antepe.gl. de eo, qui occupat fundum
3 alterius, intra quantum tempus inquietari posit.¶†In tex.
ibi vagos. Et no.hic appellari seruos vagos, licet insistant ter
ræ, quando dominus eorum est vagabundus: quia terram de-
seruit. Et no.pro eo, ꝙ quærimus, quis dicatur vagabundus
esse.de quo vobis dicam plenè in.l.j.j.de Tyro.li.xij.vbi est
casus.& no.in.l.nemo.de re mili.j.li.xij.ff.de dam.infec.l.iiij.
§.abesse.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, q; colonus teneatur ad gabellam pro recollectione fructuum pro domino, non ualet.*
Statutum, q; coloni clericorum pro eis teneantur non ualet.
2 *Procurator aßignans in castro pro domino, non tenetur ad collectas.*
3 *Collectas, census: & datia soluit, qui prædia suo nomine poßidet.*
4 *Coloni censiti, & adscriptitij liberi sunt, & proprium habere possunt.*
5 *Dominus non tenetur soluere collectas pro possessionibus famuli.*

¶LEX. IIII.

HI penes. ¶Domini, non coloni, vel censiti
pro eorum prædijs tributa soluere
tenentur. Ipsi tamen coloni, vel adscriptitij pro
fundis, quos habent tributa persoluent. hoc dicit.
1 ¶†Not.ex principio huius.l.ꝙ statutũ, disponens, ꝙ ad sol-
soluendum gabellas recollectionis fructuum, teneantur colo
ni pro dominis, non valet: sicut de non subditis, sicut est Pe-
rusij: quia fuit factum, quoddam statututum in odiũ clerico
rum: qui cum non possent cogi, inductum fuit, vt coloni te-
neantur pro eis.ꝙ est iniquum, & iniustum. Nã coloni nõ te-
nentur, nec teneri debent pro domino, nec vrgeri possunt,
per hanc.l.¶ Limita, vt Bar.in.l.colonus.la.j.j.eo.In eo. not.
in fine. Adde ad hoc per Bald.& Ange.in.l.j. C.in ius vo.vt
eant.& Bar.in.l.ij.de his quæ poenæ no. Bal.in.l.j.C.de indi.
vide.ad fi.in.l.j.in princ.C.de epis.& cle.& Pe.de Ancha.in
c.canonum.& Imo.in.l.hæres meus.§.fina.de condi.& de.ad
de tex.in.l.ꝙ si nolit.§.qui asidua.ff.de ædi. Alex.¶In tex.
2 ibi, libris censualibus.¶†Ex hoc patet, ꝙ ille, qui asignari fa
cit in castro aliqua bona tanquam procurator alterius, nõ po
3 test cogi ad datia & collectas: sed domin⁹ est vrgẽdus.¶†Itẽ
ex hoc patet, ꝙ ille dicitur vrgeri ad solutionem census, & da
tiorum, & collectarum, qui suo nomine prędia posidet:& in
libro censuum nomine proprio reperit̃ adscriptus. Pro quo
facit in authentica de collationi.§.nullus autem.&.s̃. de an-
4 no.& tri.l.pro locis.†Itẽ per hãc.l.patet ꝙ coloni cẽsiti, & ad
scriptitij possunt habere propriũ, & posidere:& ꝙ sunt libe
5 ri, et non serui. Item facit,† ꝙ dominus nõ tenetur ad collectas
pro suo famulo, quę imponuntur ratione suarũ possesionũ.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, si est in ciuitate, q; quilibet conductor teneatur in festo natiuitatis dare unum par caponum: comprehendit conductorem, qui cõduxit prædium pro præstatione frumenti.*
Conductor, qui annuatim tenetur dare decem corbes frumenti, tenetur dare de illo, quod nascitur in illo prædio.
3 *Conducens prædium ad colendum. si nihil sit statutum, de reditu, tenetur secundum prædij qualitatem.*

¶LEX. V.

DOmini prædiorum. ¶Si ꝑ cer-
ta portione
frumẽti locatio est facta, tenet̃ colonus ad ipsum, nõ
ad p̃stationẽ pecunię, nisi cõsuetudo sit, vt nõ ob. pacto pecu-
1 nia soluat̃.h.d.secũdũ vnã lect.¶†Et no.singularit̃ istũ casum
per quę patet, ꝙ si cõsuetudo est ĩ ciuitate, ꝙ qlibet cõductor
soluat dño prędij ĩ festo natiuitatis dñi vnũ par caponũ, ꝙ ad
hui⁹ p̃stationẽ tenet̃ cõductor, qui accipit p̃diũ ꝑ p̃statiõe fru
menti. Adde tex.in.l.ꝙ si nolit.§.q asidua.ff.de ędil.edi.& ĩ
l.si fundus.de euic.& in.l.circa.§.locati.& Bar.in.l.ex ea par
te.in prin.ff.de ver.ob.& aliqd p eũdẽ in.l.si pri⁹.§.j.de ope.
no.nun.& Bal.in tit.de pace constan.in verbo.sicut antiquo
tẽpore vbi dicit, ꝙ in p̃scribenda cõsuetudine nõ est necesse
ostendere tit.allegat Io.and.in.c.j.de rescrip.in.vj. vide Bar.
in.l.nemo.& ꝙ ibi scripsi de duob⁹ reis. Bal.in rub.de fid.in-
stru.ꝙ notarius in dubio intelligit̃ rogat⁹ secundũ cõsuetudi
nẽ loci. Adde Bal.in.l.fi.eo.tit.Roma.in no.cxj. Alex. Itẽ no.
2 illud ꝙ dicit, id ꝙ terra pręstat.†Nã ex hoc patet, ꝙ colonus
vel conductor qui noĩe conductionis tenet̃ annuatim dare.
x.corbes frumẽti, vel grani, tenet̃ dare de grano, ꝙ nascitur ĩ
3 illo prędio.¶No.etiã gl.pręalleg.s̃.l.ꝓxi.in ver.†Itẽ ex hoc
patet, ꝙ qñ aliqs accipit prędiũ ad colendũ:& nihil statuit de
reditu, quãtum debet reddere dño prędij, tenetur secundũ
prędij qualitatẽ.hęc est veritas.licet quidam dicant aliud.

¶LEX. VI.

OMnes. ¶Adscriptitius colonus, vel inquili
nus fugiens non obstante cõditione
sexus, vel alia, redire cõpelletur ad prædium, vn-
de fugit per præsidem.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Casus in quo uendens rem & pretium recipiens, potest rem uendicare.*
2 *Dominium non transit ex contractu simulato.*
Possessio transfertur ex contractu simulato.
3 *Præscribere cum mala fide, q; ille præsumatur, qui habet titulũ simulatũ.*
4 *Lex pœnalis & odiosa extra propriam significationem extenditur fauore reipublicæ.*
Statutum puniens facientem comprehendit fieri facientem.
5 *Alienatio si probetur, quãdo dicatur prohibita hæredis institutio uel legatum.*
6 *Bona subiecta fideicommisso alienantur etiam pro redemptione suæ personæ.*
7 *Colonus adscriptitius transferri de loco ad locum, an poßit?*
8 *Mißio in poßeßionem ex primo: uel secũdo decreto in re libellaria, uel emphyteotica ad instantiam creditoris.*
9 *Iudiuiduũ dicitur irritum in totum, si par eius irritatur.*
10 *Emptor, qñ contractus est à lege reprobatus, si est pretium stipulatus in casu euictionis, re euicta, illud petere potest.*
11 *Qualitatem scire debet ille, qui ratione illius qualitatis infixè puniri debet, & qualiter hoc procedat?*
12 *Lata culpa, ubi pœna est corporalis, dolo non æquiparatur.*
13 *Emens rem à furioso, uel ab eo, cui bonis est interdictum, q; præscribat lõgo tempore.*

¶LEX. VII.

QVemadmodum. ¶Sicut coloni
originarij abs-
que terra non alienant̃, ita nec censiti. & nõ licet
vnicuiq; minimã partẽ fundi tenẽdo, & maiorẽ vẽ
dẽdo retinere dictos cẽsitos. Itẽ vendẽs totũ fundũ, oẽs eius
colonos trãsferre tenet̃. Et vendens partẽ, illos q in ea parte
steterũt, tenet̃ transferre, & si secus emptio fuerit, vel vendi-
tio celebrata emptor pretium perdet: & venditor poterit
rem vendicare. Et etiã hæres ei⁹ submota lõgi tẽporis pręscri
ptione. Item quilibet intelligit̃ malę fidei possessor, qui cõtra
legem mercat̃.h.d. Et ex prædictis patet: ꝙ hęc lex diuidit̃ in
sex partes. Secunda ibi. neq; verò. Tertia ibi, sed cũ soliditas,
Quarta ibi, & emptor. Quinta ibi. & si aliqua. Sexta ibi, malę
fidei. In text. ibi, vẽditori ad repetendos seruos. Exemplum
vide per Bar.in.l.ꝑ diuersas.in fi.C.mãda.& in.l.nõ dubiũ.de
1 leg.per Bal.& doc. Alex.¶†No.casum, in quo vendẽs & pre
tium recipiens vendicare potest rem venditã. Et est speciale
hic, ob vtilitatẽ reipublicę, & ne agrorum cultura deseratur.
Simile habes.s̃.de sac.san.eccle.l.iubemus.& de preci.impe.
offeren.l.ij.&.l.j.de patri.qui fili.dis.& in aut.de nõ alie. cir-
ca princi.§.nos autẽ.&.s̃.de fide instru.& iure hastæ fi.l. pe.
Regulariter autem, qui vendit, & pretium recipit, à vendica
tione submouetur ex regula generali: quia contra factũ suum
quis venire non potest vt.l.post mortem.ff.de adoptio.quia
quem de euictione tenet actio &c.vt.l.vendicantem.ff.de eui
ctio.non ob.quia hic vendendo contra prohibitionem legis
deliquit, sicut emptor emendo. per quod videtur venditorẽ
submoueri debere: cum in pari causa turpitudinis, potior sit
causa posidẽtis:vt in regula iuris.in.vj.c.in pari. Patet quòd
est speciale hic ob reipu.fauorẽ: ne agrorum cultura desera-
tur: hic tenet gloss.in verbo agnatione.quam not. quia limi-
tat illam regulam. Vide Barto.l.post mortem.de adoptioni.
Bald.in.l.creditoribus.de seruis pigno.dat.manu. per casum

in.c.diuersis fallacijs.de cleri.coniug.& in.c.si quis præsby-
terorum, de rebus ecclesiæ non alien. per Bald.in.l.j.de libe.
3 causa.& in.c.nosti.de elect.Alex.¶ † Secundò not.ex hac li
tera, ꝙ dicit huic venditori vẽdicationẽ cõcedi &.j. appellat
huiusmodi vendicationem simulatam:quia per hoc patet ex
presse,ꝙ ex contractu simulato non transit dominium.con
cor.ff.de aqua plu.arcen.l.emptor.sed bene transit possessio
ꝙ apparet:quia conceditur vendicatio,quæ non daretur,nisi
esset translata possessio:cum istud sit extremum,ꝙ requirit̃
ex parte conuenti:vt.l.vna.s̃.de aliena.iudi.mu.cau.fac.& in
stit.de act.§.j.¶ In tex.ibi,malæfidei namque.¶ †No.ex hoc
ver,ꝙ ille, qui præscribit, semper præsumatur præscribere
bona fide:& in hoc stetur suæ assertioni:vt no.gl.inst.de act.
§.j.Tamen hoc est verum,quando præscribens non habet ti
tulum reprobatum à lege.Sed si posideret cum titulo repro
a bato,semper præsumitur malæfidei.[a] ad quod facit ꝙ not.s̃.
de fide instr.lib.x.l.j.&.ff.de fideius.l.cũ lex.¶ In glo.ibi an
4 permutare.ibi,statuliberi.§.fi.† Ex hoc patet,ꝙ licet lex pœ
nalis & odiosa, extra significatum proprium nullatenus ex-
tendatur:vt.l.cum quidam.hic alleg. &.c. quia .de reg.iur.in
vj.Tamen vbi extensio tendit ad fauorem reipublicæ,ita de
bemus ipsam extendere,sicut legem fauorabilem.Et ideò cũ
pertineat ad fauorem reipublicæ punire maleficia,ad hoc,vt
prouincia in quiete remaneat:vt.l. congruit.ff.de offi. præsi.
ff.de iud.l,si longius.§.si filiusfa.pœna statuti punientis faci-
b entem maleficium punietur fieri faciens.[b] & debet extendi,
si facit fieri.ff.de iur.om,iud.l. si quis id, quod. cum si. ¶ Ad
fauorem reip.fit extensio.vbi aliâs est prohibita. Adde tex.
in.l.hoc modo.de con.& dem õ,& Imo.in.l.cætera.§.sed &
si quis.de le.j.nec fit extensio etiam in pœnalib⁹,vbi est eadẽ
ratio in.c.j.§.porro.in titu.quæ fuerit prima causa beneficij
amit.& in.l,si quis id, quod.in prima gl.in fi. ff.de iuris.om.
iudic.Quod limita,nisi esset aliquod speciale inductum in fa
uorem,seu priuilegium alicuius:vt est gl.in.§.item mista.in-
stitu.de act.& no.Bal.in.d.§.porro.Itẽ fit extensio & in pœ
nalibus,vbi tractatur de fauore animarum.Io.an.& Abb.in
c,ex tenore.qui filij sint legitimi.& Dominic⁹ in.c.pro huma
ni.§.fi.in.j.co.de homicidio.li.vj.vbi allegant gl.no.in.c.sci-
ant cuncti.de elec.in.vj.Idem Ab.in.c.quæsiuit.de diuortijs.
Ioan,an.in.c.j.de homicidio.in.vj.& Ab.in.c.iurauit.de pro
ba.alle.c.cum dilecta.de cõfirma.vtili, vel inuti.facit gloss.in
aut.sacramenta puberum.C.si aduersus ven.& vide vbi fauo
re animæ id fit,ibi.& not.in.c.fi.de prescrip. quæ extendit̃ in
reali & personali fauoræ animæ.Ale.¶ In ea.gl.de ser.expor.
l.ij.obligatio per quam impediatur cultura est improbata in
leg.præcedentibus .secus si per eam non impediatur : vt. d.l.
5 ¶ In ea.gl.†ibi.l.si quis inquilinos.est speciale in istis adscri-
ptitijs terræ,ob reipu.fauorem:vt nõ alienentur etiam in vlti
ma voluntate:vt.d.l.si quis inquilinos.¶ Regulariter autem
quando alienatio simpliciter prohibetur nõ videtur esse pro
hibita in vl.voluntate,quasi sit necessaria, vt.l.ex hoc edicto
§.alienare.ff.de alie.iu.mu.cau.fac.&.l.j.ff.de fund.do.vbi ve
ro alienatio esset prohibita in certam personam indistinctè:
tunc enim legatũ & hæredis institutio,videtur, in eo prohi-
bita:adeò,ꝙ talis prohibitus curare debet,ne ad eum perue-
niat res,etiam ab intestato.vt no.in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de
ver.ob.Vbi verò alienatio est permissa in quibusdam,in cæ-
teris videtur prohibita:tunc in vltima voluntate non intelli
geretur prohibita:vt.d.l.si pater.§.fundum.&.d.l.Lucius.§.
j.hic alleg. Adde text. in. l. peto. §. tractare. de le. j. &.l.fi-
liusfamilias.§.cum pater.de le.j.& ibi per Bart. & in.l. si ita
quis.§.ea lege.ff.de ver.obli.& tex.in.l.si Ruffinus. C. de te-
sta.mili.vbi prohibitũ alienari int̃ viuos,dicitur prohibitum
alienari in vltima voluntate.Quod intellige verũ, secũdũ ꝙ
dixit Ang.in.l.cum hi.§.si cui.ff.de transac.vbi dixit, quãdo
prohibetur alienatio,et similiter permutatio propter similẽ
rationẽ,habet dominij abdicationẽ.& Pau.de ca.in.l.volun-
tas.s̃.de fideic.Et limita,nisi subesset necessitas.vt hic.Barto.
Itẽ fallit in.d.l.voluntas.Itẽ in aut̃.res,quę.C.cõia.de le.&.l.
muliere.§.cũ proponeret̃.ad Tre.& no.Bar.in.l.filiusfam.di
ui.in.ij.q.de le.j.Adde, quòd prohibitus alienare, non po-
test dare pro anima:vt in.c.j.§.alienare.qualiter olim feu.po
te.alie.Idem adde,ꝙ prohibitus alienare sub pœna,si obliget
omnia bona sua:ꝙ non incidit in pœnam:in generali obliga-
tione non veniunt prohibita, vt est casus in.l.j. de capit. qui
curiam vendit,et Bal.in.d.l.volunta.in pe.col.Nec generalit̃,
nisi specialiter, vt voluit Bart. in.l.codicillis.§. in substituto
ff,de leg.ij.& Aret.in.l.seruum.§.idẽ seruus.de leg.j. Item, ꝙ
prohibit⁹ alienare in ppetuũ,intelligit̃ vsq; ad quartũ gradũ
siue generationem post prohibitionem,& non vltra:vt in au
then.de restit.fideicõmis.in.iij.co.& ibi Ang. vbi etiã dixit,
ꝙ prohibitus extra familiam factam filio,nõ trahitur ad ne-
potem.Item an prohibita alienatione sit prohibita datio in
emphyteosim?Ang.ꝙ sic.in.§.emphyteosim in authen.de re
bus eccl.non alie.Itẽ an sit prohibita concesio vsufr. ad vi-
tam?Ang.ꝙ nõ, in eo.ti.§.hæc igit̃.Itẽ an dicat̃ prohibita loca
tio ad longũ tempus?vide Bar.in.l.codicillis.§.in substituto.
6 Al.¶ In ea gl.ibi,an propter famẽ.† No.arg . ꝙ occasione re-
demptionis personę,quis põt alienare bona subadiacentia re
stitutiõis,& alienare prohibita. Si enim possunt alienari pro
pter famẽ:ergo eodẽ modo, vt persona redimatur .Vtrobiq;
enim de redemptione,seu couseruatione personę tractat̃.fa-
cit.l.ij.hic allega.de patri.qui fil.distra.C.de lega.aut̃.res quę.
7 & in corpore vnde sumit̃.¶ In ea.gl.†ibi transferri posit trã
latio de loco ad locũ nõ est alienatio.Et ideò posset fieri,sicu
ti põt fieri diuisio fundi prohibiti diuidi per sepes,& fossata
gratia uberioris culturę:qa nõ est diuisio,seu alienatio:vt glo.
in.l.iubemus.in prin.s̃.de sa.sanc.eccl. et not.in.l.si quis duas
ff.cõmunia prędi.& pro hoc facit de hęre.instit.l.ex facto.la-
8 grande.¶ †In ea gl.ibi sed dicas contra.Diligẽter no.hãc par
tem,ex qua uidet̃, ꝙ in fundo liuellario prohibito alienari,
creditor se nõ posset mittere in possesionẽ. & est verum, vt
duret apud eum possesio perpetuò: sed duret durante iure
debitoris sic:vt no.gl.in.l.si finita.§.si de vectigalibus.de dã.
infe.Nec obst.hęc lex:quia speciale est in agricolis: Vel dic,
ꝙ qñq; creditor desyderat mitti in rẽ liuellariã ob debitũ im-
minens rõne reip.puta:qa dom⁹ liuellaria minat̃ ruinã: et tũc
qa hoc onus rẽ concernit,ẽt vt perpetuò duret,et teneat,fieri
poterit misio:vt.d.§.si de vectigalibus.sed vbi debitum non
cõcernit rem liuellariã,sed personã eius cõtra quẽ misio de-
siderat̃:tũc poterit fieri misio in rẽ liuellariã respectu iuris:
ꝙ debitor habet:vt duret̃ eatenus, quatenus durat ius ipsius.
Et est ratio,quia creditor nõ põt cõsequi plus,ꝙ̃ habeat ipse
debitor.¶ In ea gl.& imputet sibi.hęc est vera.nec ob.l.in cõ
trariũ alle.si rectè inspiciatur:qa in eis principale et accesso-
riũ nõ petebant̃ ab eodẽ, sed à diuersis. & ideo pro accesso-
rio nouũ preciũ statuit̃.Nec ob.ꝙ duplex dãnũ sentit vendi-
tor:qa imputet sibi cur sic cõtraxerit.vt.ff.de pact.l.ueterib⁹.
¶ In eadẽ ibi,argumẽtũ cõtra.ff.de cõtrah.em.l.dolia.Sol.ibi
dolia poterãt vendi sine terra, sed nõ ita cẽsiti. ¶ In eadẽ ibi:
cõdictione ex hac .l.sequẽs opi.vera est.¶ In eadẽ ibi:vel dic
nõ ualere hęc verba:qa de facili fraus fieri posset vendendo
9 omnes seruos cũ vili parte ei⁹ fundi. ¶ †In eadẽ in fi.No.istã
regulam,ꝙ irritata parte indiuidui,irritat̃ & totũ.Facit.ff.fa.
er.l.ĩ hoc iudicio.¶ In gl.redit.ibi,ecclesię redditur:sed aliud
in ecclesia:quia eius fauore alienatio est interdicta:sed hic nõ
est interdicta alienatio fauore venditoris,sed reipublicę:ideò
10 precium debetur fisco. ¶ †In ea glo.in fi.No. diligenter hanc
particulam, ex qua habes,ꝙ vbi contractus est reprobatus à
lege.tamen si in casu euictionis emptor est stipulatus sibi pre
cium:re euicta illud petere potest. Bart.

Additio.

¶ In gl.quę incipit, redit.ibi, et dic sciens.
11 ¶ †No.ergo,ꝙ dicit sciẽs,ad hoc vt aliquis
puniatur ratione qualitatis infixę,alij,est necesse, vt sciat illã
qualitatem:aliâs non puniretur:vt dixi.s̃.de fabri.in.l.null⁹.
& in authen.de eccle.ti.§.fi.Facit optimè ꝙ no.in.l.j.ff.de re-
ceptato.&.ff.de parri.l.vtrum. Et hoc sine dubio verum est,
quando quis agit actum qui est de genere permissorum : sed
vbi aggrederetur actum prohibitum,teneretur , licet etiam
qualitatem suam ignorauerit:quoniam debuit eam explora-
re.et nõ explorãdo fuit in culpa: meritò tenet̃:vt.l.in furti.§.
12 ope.ff.de fur.† Et hoc credo verũ,vbi pœna pecuniaria venit
imponenda:secus autem si corporalis debeat irrogari:quia in
illa culpa non sufficit,cum in corporalibus lata culpa nõ ęqui
c paretur dolo:[c] & nunquam quis potest corporaliter puniri
d nisi dolus interueniat.[d] tex.est in.l.in lege Corne.ff.ad.l. Cor.
de fica.Ang.¶ In gl.sciens.ibi:quo ad pręscri.No. singularẽ
doctrinam,ꝙ vbicunque quis emit rem vendi prohibitam,
ratione personę:uel rei:ꝙ emens pręsumitur scire quo ad hoc
13 vt non usucapiat spacio longi temporis.¶ †Et per hoc patet
quòd emens à furioso,uel ab eo cui bonis interdictum est:nõ
usucapit rem spacio longi temporis : quia pręsumitur in du-
bio quo ad pręscriptionem sciuisse illum furiosum : vel pro-
digũ.Sed cõtra hoc facit.ff.pro empto.l.qui fundũ.§.q sciẽs.
&.l.ij.§.si à furioso.eo.ti.et.l.si quis cum sciret.Et hoc est ue-
rum non obst.gl.ista quia loquitur:quando res est prohibi-
ta alienari ratione sui subiecti:secus si ratione personę vendẽ
tis:ut in contrario.uide gl.in.l.ij.C.de usuca.pro empto. per
docto.in.l.si filiusfami.§.diui.de lega.j. Barto.

a ¶ Malefidei.mala-
fides:uel bona, an
et qñ pręsumat̃,et
ex qb⁹ iudicet̃:ui-
de latè per Fel. in
c.si diligenti. de p̃
scri.in.j.col. ĩ uer,
ĩ cꝗtũ Ab. cũ seq.

b ¶ Fieri faciens. ad
quam materiã ui-
detu Fel.in.c.quã
to.de sentẽ.exc.in
princi.in uer.non
omisso cũ seq. &
ad id, ꝙ dicit hic
Bar.ꝙ lex pœna-
lis extendit̃ fauo-
re reip.Adde Bal.
in.l. q̃ actiõe. §. fi.
in collectatione,
ad.l.aql. in uer.q̃-
ro hic dicit statu-
tum.

c ¶ Dolo. Adde,d.
Al. de imo.in.l.ꝙ
Nerua : per illum
text.ff.dep.et tex.
in. l. actiones . ff.
de in lit.iur.ĩ qui-
bus haberet̃,ꝙ ęq
parat̃, sed nõ spe.
unde Lud.Pon.in
sing.uer.dolus. &
latè Ale. ubi. s̃. ad
fi.dñt: ꝙ si in libel
lo deducat̃,et pro
betur lata culpa,
nõ sufficit : sed fer
ri debet absoluto
ria.tunc ęquiparã
tur dolus et lata
culpa. Ad ꝙ adde
gl.no.ĩ.l,illud.uer
sic.hoc iudicio. ff.
de li.cã.et Bald.in
l.ij.C. de probat,

d ¶ Interueniat. Ad
de An.de bu.in.c,
ij.de cõst.et.d. Al.
ĩ.d.l.ꝙ Nerua.iiij.
co.ff. deposi.et in
l.si qs test.li.ubi di
cunt : ꝙ qñ dolus
de iure cõi ad cõ-
misionem pœnæ
requiritur: tũc suf
ficit culpa lata. Et
ad id:ꝙ ĩ penis cor
poralibus requira
tur dol⁹:adde Bal.
in.l. quibuscũque
v.co.C.de ser.fug.
Sed q d in statuto
simpliciter disp.
iñ delictis:an req-
rat̃ dolus? dic, ꝙ
sic.nec eẽt subau-
diri etiam si pœna
sit grauis: sed suffi
cit lata culpa.Pau
l⁹ de ca. l.j. in fi.ff.
de legi.et falic.l. si
serui.C. de noxa,
et in.l.plagij.C.de
plag.et.d.Al. in.l.
iij.§. ꝙ p̃tor. ff. ne
quis eũ.vbi p Bar.
et Bald. et Pau.de
cast.in cõsi.cxc.et
consi.cxciij.

SVMMARIVM.

1 *Receptans bannitum etiam ignoranter, an puniatur?*
Hospes receptans bannitum ignoranter, siue notum, siue ignotum, an puniatur?
2 *Præstans auxilium bannito, quando puniatur pœna statuti?*
3 *Parochianus fraudulenter fugiens de una parochia, & constituens se in aliam, restituitur pristinæ cum omnibus decimis.*
4 *Colonus nostri temporis, qui pacto rupto uadit ad colendas terras aliorũ, si possessiones remanent incultæ, tenetur ad tributa.*
Et quando etiam teneatur dominus, ad cuius prædia accessit?

¶LEX. VIII.

OMnes. ¶Receptans colonũ tributariũ fisci, debentem domino censum annuum scienter restituere ipsum cõpellet domino: & etiã censu non soluto, & etiã soluere fisco tributa, si talis receptans vsus est operis dictorũ colonorũ gratis: aliâs cõtra ipsos fugitiuos habet regressus: quibus non existentibus soluendo, cõtra debitores ipsorũ recurritur hoc dicit. In tex. ibi, alienos esse nouerit. ¶Per istũ text. aliâs obtinui in facto in. q. an fructuarius soluens affictum adhibitũ in testamento, dicatur omni exceptione maior? & dicebã, ꝙ non: quia æquiparatur colono, vt hic. & voluit Saly. in. l. si olei. C. locati. facit quod per Bal. in. l. j. C. de epis. & cler. Alex. ¶Not. ꝙ dicit nouerit: quia per hoc patet, ꝙ receptans tales fugitiuos colonos ignoranter nõ punitur, nec est cõtra. j. e. l. seruos. vbi receptans etiam ignorãter punit. quia quãdoq; quis receptat colonum ignotũ, & tũc punit: q̃a imputatur sibi, cur non explo
1 ret eius conditionẽ: vt in contrario. ¶†Quandoq; quis recepat colonũ notum, sed eius conditionẽ ignorat: & tunc non punitur. Ita loquitur hic. licet gl. istud cõtrariũ nõ soluat. Et est hoc vtile ad receptantẽ exbannitos, vt receptans ignoran
a ter nõ puniatur[a]. si bannitus erat notus, & eius cõditio ignota: secus si erat ignotus exbãnitus & eius cõditio. Imputatur enim receptanti, ꝙ eius conditionẽ non explorauit, vt. d. l. seruos. Sed hoc fallit in caupone, & stabulario, vt nõ puniantur illum receptando, qui penitus ignotus est. Ex quo enim publicè hospitatur, non tenet hospitantiũ conditiones inquirere: cum inuitus ad hoc cogatur: vt. l. j. in fin. ff. fur. aduer. nau. Adde Bar. in. l. non omnes. §. fi. de re mili. & in. l. j. §. penul. de incen. rui. nau. & in. l. j. §. j. de rescri. & ibi scripsi. Quid in muliere receptante virum? vide in. l. eos. de recepta. Quid in receptante alterius debitorẽ, ne capiat? Bal. in. l. fi. de ope. libe. & post Bar. scripsi in. l. ij. ff. ad. l. Iul. maie. vbi dicit, ꝙ receptãs tenet, vt ibi. Sed hoc fallit. Adde ꝙ hospes põt dare bannito comedere, nec tenetur. l. Seiæ. §. idẽ. ff. de fun. instr. Et in eadem ibi. §. furti. Et ibi vide Bar. qui idẽ dicit esse in notario. limitat tamen istud ibi, nisi esset magna multitudo, quam inuitus non tenetur recipere propter alios hospites: vbi etiam alia multa videbitis. Alexã. ¶Vel dic & melius, ꝙ receptans exbannitum ignorãter non punitur, etiã si fuerit penitus ignotus tali receptanti, nisi in loco notoriũ esset istũ esse bannitũ: quia tunc receptans esset in lata culpa, vt in. c. j. de postu. præla. & in. l. fi. ff. de decre. ab ord. fa. & s̃. qui & aduersus quos. l. j. & not. glo. expressè in. l. j. ff. de recep. Nec obst. l. seruos. j. eo. quia speciale est in istis censitis. Ita fuit hoc anno consultũ in
2 hac ciuitate: cũ hæc quæstio esset de facto. ¶†Itẽ est vtilis hæc litera: quia ille qui præstat auxiliũ & fauorem exbannito, nõ puniatur pœna manus, ex statuto disponẽte, ꝙ præstans opẽ exbannito, priuetur manu: nisi in actionẽ, vel inquisitionem sit deductũ, quod præstitit ei opem sciens eum exbannitum:
b quod necesse est etiã probari,[b] per hanc literam. Et pro hoc videtur casus. ff. de parrici. l. vtrũ. vbi præstans opem parricidio, punitur ea pœna, si fuerit cõscius, & nõ aliter, vt. s̃. de rapto. virgi. l. vna de episc. & cle. l. raptores. & pro hoc. s̃. de fabri. l. nullus. & ibi dixi. Idẽ Areti. in. maleficijs, in verbo. Andræam auxiliatorẽ. in. ij. co. & Ang. in. §. iubemus. in fi. in aut.
3 de ecclesiasticis tit. Alexã. ¶†Vltimò no. ex gl. in ver. ab his, quòd parochianus fugiẽs de vna parochia, & collocans se in aliam parochiam in fraudem: ꝙ restituitur pristino parochiano cum omnibus decimis præstandis. Barto.

4 Additio. ¶Not. ex ista†. l. argumentũ contra colonos nostri tẽporis, qui pacto rupto vadũt ad colendas terras aliorũ. Et propter hoc possessiones remanent incultæ. adeò ꝙ dominus nõ potest postea tributa soluere. Nã isti coloni ad illa tributa tenentur. & etiã domini prædiorum ad quæ gubernanda accesserunt, nisi ignorarẽt Ang.

¶LEX. IX.

IMmunitates. ¶Immunitas iugationis vel capitatiõis absq; principis authoritate concessa non tenet, sed ad pristinã conditionem reuocatur hoc dicit.

¶LEX. X.

CVm antea. ¶Ad euidẽtiam scias, quòd olim tantũ præstabat nomine capitationis vnus homo, quãtũ duæ mulieres. Imperator hic mandat, ꝙ hodie præstent tantum duo, vel tres viri nomine capitationis, q̃tum olim præstabat vnus: & quod tantũ præstãt quatuor mulieres, q̃tũ olim duæ. & sic patet, ꝙ onus capitationis est diminutũ pro dimidia in masculis & fœminis. Sed hæc. l. est localis in q̃busdã locis. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Principis absorbẽs in totum ius alterius, an ualeat? remißiuè.*
2 *Coloni originarij nõ liberantur ex priuilegio, nec ex census non solutione.*

¶LEX. XI.

ORiginarios. ¶Si originarius colonus culturam deserat, nulla dignitas,
1 vel authoritas eũ excusare poterit hoc dicit. ¶†No. ꝙ nõ valet Principis priuilegiũ, quod absorbet in totum ius alterius. quòd dic, vt no. in. l. ij. s̃. de preci. impe. offe. & l. fin.
2 eo. tit. ¶†Item no. ꝙ coloni originarij non liberantur ex priuilegio, nec ex censu non soluto longo tempore, & ad aliquã dignitatem aspirare non possunt. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Ignorans, an puniatur, & qua pœna? remißiuè.*

¶LEX. XII.

